neant omnia et singula supra scripta. Item
reficere et restituere sibi omnia et singula dam
na et expensas ac interesse litis et extra. pro quibus
omnibus et singulis firmiter observandis obli
gavit eidem omnia sua bona. Instrumentum dona

Antonius de v. e. tra. et do tionis inter
navit pure libere simpliciter vivos.
et irrevocabiliter inter vivos iure proprio in
perpetuum corrado pro se et suis heredibus recipienti
domum unam positam in tali loco vel contrata
cui tales dicuntur esse confines. etc. ad ha. te.
p. et quicquid sibi et suis heredibus deinceps placu
erit perpetuo faciendum cum omnibus et singulis
que infra predictos continentur confines vel alios
si qui forent accessibus et egressibus suis usque in viam

publicam et eam omnibus et singulis que habet
supra se vel infra seu intra se in integrum
omnique iure et actione usu seu requisitione sibi
ex ea vel pro ea re aut ipsi rei modo aliquo
pertinente. Quam rem idem donator
se ipsius corradi nomine constituit possidere
usque quo ipsius rei possessionem acceperit
corporalem quam accipiendi sua auc
toritate et retinendi deinceps ei licenti
am omnimodam dedit. Promittens
pro se et suos heredes dicto corrado pro se et suis
heredibus stipulanti predictam donationem et omnia
et singula supra scripta perpetuo firma
et rata habere et tenere et non contra facere vel
venire per se vel alios aliqua causa vel ingenio
de iure vel de facto nec ipsam donationem
ingratitudine vel causa aliqua revoca
re sub pena .C. lib. bon. stipulatione pro
missa et refectione dampnorum et expensarum
litis et extra. et obligatione omnium suorum bonorum
et pena soluta vel non predicta omnia et
singula firma perdurent. Rubrica notula.

Nota tamen quod si de legittima rei donate
defensione a donatore promittenda in
ter partes agatur partium voluntates fi
deliter exequantur. Ideo vero hoc in predicto
instrumento omissum est quia solent donato
res nolle multis obligationibus implica
ri et multum non decet donatarium adh
nia. Item nota quod si donationes rerum valen
tium ultra quantitatem quingentorum
aureorum debent cum insinuatione. id est
decreto iudicis fieri secundum iuris ordinem
verum tamen secundum leges municipales civi
tatis bononie. In omnibus donationibus
excedentibus summam .L. librarum bononiensium
hec sollempnitates specialiter sunt servande
videlicet quod fiant coram iudice pro tri
bunali in palatio sedente et suam et communis
bon. auctoritatem interponente. et intersint
VII. testes boni noti ex quibus preter te

notarium instrumenti auctorem sit unus tabellio
qui etiam proprio signo et nomine subscribere de
geatur. cum iudicis auctoritas et tua et ceteri
tabellionis subscriptio fieret. scilicet quod
posito toto instrumenti tenore subsequenter
dicens. Hec autem donatio secundum formam sta
tuti communis bon. super donationibus editi
aut presentiam domini scachuelli iudicis
et assessoris domini Ricardi de villa pot
bon. in palatio eiusdem communis pro tribunali
sedentis publice facta fuit. qui dedit in
ipsius donationis. Robur et confirmatio
nem eidem donationi suam et communis bononie
auctoritatem interposuit et decretum. Post hec
positis testibus scilicet omnibus aliis sex se
subscribet ille alter tabellio sub hac forma.
Ego iacobus imperiali auctoritate notarius dicte
donationi et predictis omnibus presens ad hec
vocatus specialiter et rogatus secundum formam
statuti predicti in ipsius donationis. Ro
bur et testimonium publice me subscrip
si. de num pones et signum tuum vel in
aliis instrumentis. Instrumentum concessionis in feudum. Rubrica.

DOMini ao eodem. et ancone Marchio ob remunerati
onem obsequiorum multorum fidei et amoris
circa eum et domum suam a domino Cora
do attente prestitorum et in unum dilec
tionis in eos exhibite perpetue conservande. ded
it dedit et concessit in feudum iure feu
di ipsi domino corrado recipienti pro se et fi
liis et nepotibus omnibus ex eo et eis in per
petuum descendentibus masculis videlicet
legittimis dummodo in nullam aliam per
sonam extraneam transferatur. talem
rem sitam in tali loco infra tales confines
et c. ad habendum tenendum possidendum et quicquid sibi et eis salvo
quod dominium est. et etiam salvo fidelitatis debito
deinceps placuerit perpetuo faciendum cum
omnibus et singulis que infra predictos continen
tur confines vel alios si qui forent accessibus et

egss. suis usque in uiam publicam et eius
omnibus et singulis que habet supra se uel infra se uel in
tra se in integrum omnique iure et actione usu
seu requisitione sibi ex ea uel per eam aut ipsi
rei modo aliquo pertinente. Quam rem se
eius nomine constituit possidere. donec ipsius
rei possessionem accepit corporalem quam accipi
endi sua auctoritate et retinendi deinceps ei
licentiam omnimodam dedit. promittens
pro se et suos heredes dicto domino Corado pro se
et predictis ex eo descendentibus libris legitti
mis stipulatione et recipienti litem uel controuer
siam ei dedicatam uel eius actione. ullo tempore
non inferre nec inferenti consentire. Sed
ipsam rem eis ab omni persona et uniuersita
te legittime defendere auctorizare et di
brigare. et predictam concessionem et omnia et
singula supra scripta perpetuo firma et
rata habere et tenere. et non contra facere uel uenire
re per se uel alium aliqua causa uel ingenio de
iure uel de facto sub pena. C. lib. marcharum
argenti stipulatione promissa qua soluta uel non
petita omnia et singula firma perdurent.
Item reficere et restituere sibi omnia et singula
dampna et expensas ac interesse litis et extra
pro quibus omnibus et singulis firmiter obser
uandis obligauit eidem recipienti ut
dictum est omnia sua bona quam quidem concessionem
sionem et omnia et singula supra scripta
fecit ipse dominus Azo pro eo quod dictus dominus Co.
ibidem et in presenti promisit ipsi domino
Azoni et corporaliter iurauit ad sancta dei
euangelia ex nunc sibi et heredibus suis fide
lem esse uasallum ipsum que et heredes suos
res iura et honores ipsorum pro se fideliter ob
seruare. et nulla tenus quod in detrimentum
siue periculum dampnum persone uel personarum
rerum iurium et honorum sui et suorum heredum
uti possit aliquid per se uel alium contractare.
uel aliquo modo machinari. immo si quid
sciuerit uel aliquid eorum tractare. uel parare

sensit quam ueloci potuerit domino i
dicare. et quid sibi sub fide et credentia
eius ab eodem impositum fuerit secretum
fideliter retinere. nec non personas et res iu
ra et honores suos aduersus quoscumque
excepto imperio romano cum bona fide. et huius
quibus fidelitatis debito erat astrictus
tueri et totis uiribus adiuuare. et ge
neraliter puram et ueram fidelitatem
sibi et suis heredibus reddere ac ponnia i
pertin. Ceterum predictis omnibus sic pactis.
Item dominus in robur et confirmationem conces
sionis predicte cum baculo uel cirotheca
ipsum dominum Coradum de dicto feudo
legittime inuestiuit. In signum perpe
tue dilectionis et fidei intuenire pacis osculo
culo in fe eos. Instrumentum confirmationis feu

DOMinus Azo estensis. Di. Azci.
et ancon marchio filius quondam pet.
predecessorum suorum uolens in bonis uestigia
inmitari et acquisitum atque relictum
sibi per ipsos thesaurum in compabilem
amicos uidelicet et fideles omni qua potest
cura et sollicitudine conseruare lecto in eius
presentia seriatim instrumento concessionis in feu
dum facte dicto Corado olim patri dicti fi
lippi a quodam domino. M. olim genito
re ipsius domini marchionis. de quadam
petia terre aratoria. posita in tali loco ista
tales confines. ut eodem ipsius concessionis
instrumento patet scripto manu tal. not. eandem
concessionem et feudum et ipsius rei possessionem
et omnia et singula circa hec in predicto instrumento
ab ipso genitore eius gesta ut pote pure
et bene facta ipsi domino filippo presentis
renouare concessionis robore auctorita
te plenissima consumauit. et in confirma
tionis et renouationis signum ipsum dominum
filippum de dicto feudo cum baculo le
gittime inuestiuit. promittens pro se et su
os heredes dicto domino filippo pro se et filiis

ei et omnibus ex eo descendentibus legittimis
masculis stipulanti et recipienti pro eadem
concessionem et renouationem et omnia et singula
suprascripta firma et rata habere perpetuo et
tenere et non contra facere uel uenire uel per se
uel alium aliqua causa uel ingenio de iure
uel de facto sub pena .C. marcharum argenti
stipulatione promissa et refectione dampnorum et expen
sarum litis et extra et obligatione omnium suorum
bonorum et pena soluta uel non predicta omnia et sin
gula firma permaneant. Qui dictus Filippus
ibidem et in presenti dedit eadem atque fidelitate
fuandam dicto domino marchioni in omnibus
et per omnia ut continetur dominus Coradus pater eius
fecit et in predicto instrumento continetur: sollep
nem promissionem fecit et corporaliter pre
stitit sacramentum post hoc incontinenti
in signum fuande fidei pacis inter eos et
osculum intuerunt. **Instrumentum promissio**
Cum Antonius **nis facte de re ecclesie**
uendiderit Corado **seu rei ecclesie declare**
quandam domum sitam in tali **ulli aque cie**
loco cui hii sunt confines etc. pro pretio .C. **mit.**
lib. bon. ut patet instrumento scripto manu
talis notarii. hoc tamen actum inter ipsos et con
uentum uidelicet quod predictus Coradus pre
to promisit et conuenit dicto Antonio pro se et
suis heredibus stipulanti quod si dictus Antonius
hinc ad unum mensem dicto Corado pre
tium restituerit supra dictam domum eidem
item Coradus sibi pro ipso pretio restituet
atque uendet et eitam uenditionis et tradi
tionis faciet de re ipsa et ipsius rei possessionem cor
porali eum restituet et representet. ita tamen
quod in dicta uenditione tunc temporis facien
dam promittet ipse Co. de legittime ipsius
rei defensione solummodo ab illis personis
quibus contraxerit uel obligauerit. ab eodem Co
rado in meis et eius res eadem obligata uel qui
bus expressum eidem Coradi foret in ea ius a
liquod acquisitum quod si hinc ad unum mensem

idem Antonius dicto Corado pretium non resti
tuerit ante dictum extunc dictus Coradus ad e
andem rem restituendam et uendendam
eidem Antonio nullatenus teneatur. sed ante
dicta uenditio ab ipso Antonio dicto Corado
facta firma et inmutabilis perseueret contradictione
predicta et pacto nullatenus non obstante. quod ex
tunc inefficax sit. et idem Coradus ab eo
penitus absoluitur. quia sic actum exti
tit inter eos que omnia et singula supra scripta
promiserunt inuicem. s. unus alteri etc. ut supra
habes in primo instrumento arrarum. **Instrumentum**
Cum Antonius **uendiderit seu reuendiderit**
uendiderit quandam **predicte rei**
domum sitam in tali loco. i. tales confi
nes etc. pro pretio .C. lib. bon. ut patet instrumento talis
notarii manu. atque post in eodem ex pacto in
ter eos facto dictus Coradus promisit et con
uenit ipsi Antonio dictam domum ei re
stituere et uendere. si deinde ad unum men
sem ipse Antonius pretium restituerit. ant
dictam ut hec alio instrumento scripto manu ei
dem notarii patent. cum quod dictus Antonius
oblato pretio dicto denuntiauerit ipsi Co.
infra dictum terminum quod ei ex forma dicti
pacti dictam domum restitueret atque uen
deret. uolens ipse Coradus promissionem
a se factam fideliter adimplere. dedit. uen.
et tra. iure proprio in perpetuum dicto Antonio
pro se et suis heredibus recipienti dictam domum
ad ha. te. etc. prout in cursu instrumenti uenditoris
continet et mutato solo capitulo de legitti
ma defensione. quod capitulum ita poteris scri
be docet notula subscripta in fine instrumenti
uenditoris rei ad cuius defensionem in casi
bus se obligat uenditor et in quibus non. **For**
ma istius facti de illo qui dicit quod pretium in simulatio
non receptum est ultra quantitatem rei conuenti uel ex
Cum hoc sit quod **pessam in instrumento**
Antonius uendiderit Corado **uend.**
quandam petiam terre ara. positam in tali

& eandem esse conuenerit ... tornatur[illegible] ... salua ... [illegible]

leco cui tales dicuntur confines. etc. pro pretio
xx. lib. bon. pro qualibet tornatura. et eandem
esse conuenerunt et dixerunt. xxx. tornaturas. ita tamen
quod si plus fuerit cederet in partem uendi
toris emptore pretium addente prata.
si uero minus pretium adimeretur prata. sicut
ut hec constant instrumento scripto manu talis notarii.
cum quo ipsa terre de communi concordia me
surata repta sit una tornatura plus quan
titate conuenta. et expressa in instrumento uendi
toris eidem ut uitia quod ipse asserit et confessa
est. Item Coradus coram me notario et testi
bus infrascriptis dedit et soluit ipsi Anto
nio. xx. lib. bon. pro ut ipse Antonius con
tentus et confessus fuit tantam esse quan
titatem pro pretio dicte tornature reperte ultra
quantitatem conuentam in instrumento uendi
toris ut dictum est quam solutionem et
omnia et singula suprascripta promisit ipse
Antonius dicto Corado pro se et suis heredibus
stipulanti perpetuo firma et rata habere et tenere et
non contra facere uel uenire per se uel alium
aliqua causa uel ingenio de iure uel de facto
sub pena. xxx. lib. bon. etc. Si uero mi
nus reperta fuerit quantitate conuenta de
bebit uenditor restituere pretium empto
ri prata. et de ipsa restitutione fiet instrumentum
hoc modo uidelicet quod incipies ut in predicto
instrumento. et continuabis totum usque ubi
dicatur cum que terra ita dices. Cumque
ipsa terre de communi concordia mensurata rep
ta sit una tornatura minus quantitate
conuenta. et expressa in instrumento uenditionis
eidem ut uitia quod ipse asserit et confessa est.
Item quod Antonius coram me notario et testibus
infrascriptis dedit et restituit ipsi Cora
do. x. lib. bon. secundum quod capiebat et erat pro
rata dicte tornature reperte minus quanti
tate conuenta in instrumento uenditionis ut
dictum est. Quam restitutionem et solutionem
et omnia et singula suprascripta promisit etc.

dictis Corado dicto Antonio. etc. ut supra dicto
quo modo et quibus titulis inter priuatas
personas res immobiles transferantur.
Restat uidere de contingentibus seu securi
tatibus que preter formas predictorum instrumentorum
in ipsis traditionibus apponuntur. et quia
in instrumento uenditionis facte a minore
fideiussorem prestante forma sacramenti
minoris et promissionis fideiussoris ab
ipso minore prestiti continetur. et ideo illis
omissis de reliquis est intendendum. Si uero
Ad hoc Filippus dictor maior uigi
nti annorum ti quique annis fide?
patribus et mandatis se fore prestitit ita scilicet
principalem constituens principaliter et in
solidum sine aliqua exceptione iuris
uel facti se obligando promisit dicto Cora
do pro se et suis heredibus stipulanti predictam rem
ab ipso Antonio uenditam ipsi Corado
et suis heredibus ab omni homine et uni
uersitate legittime defendere auctorizare
et disbrigare. et se fecit et constituit omni
exceptione remota quod dictus Antonius pre
dictam uenditionem pretii solutionem et omnia
et singula suprascripta a se promissa perpe
tuo firma et rata habebit et tenebit ob
seruabit et adimplebit. et non contra ueniet
ex aliqua ratione uel causa de iure uel de facto
sub pena. C. lib. bon. stipulatione promissa
et refectione dampnorum et expensarum litis et
extra et obligatione omnium suorum bonorum et
pena soluta uel non predicta omnia et singula
firma perdurent. Renuntians noue consti
tutionis beneficio de fideiussoribus exceptioni
doli conditioni sine causa in factum actioni et
omni alii auxilio. Si dubitatur ne res
Vendita supra dicta sit alii data uel obligata.
Antonius promisit dicto Corado pro se et
suis heredibus stipulanti quod dicta res ipsa uel pars
ipsius aut aliquod eius ius nulli a
lii acten. dat. eadem obligationem

vel contractum in fraudem alienationis predicte vel alium fecit. cum preter eam vel occasione ipsius contractus vel predicte traditionis ei facte preiudicium aliquod generetur: vel gravari possit. quod si eum contra hoc fecisse apparuerit conservabit ipsum emptorem et eius heredes indempnes. et nichilominus dabit et solvet eidem xxv. lib. bon. pene nomine stipulatione promissa. et pena soluta vel non predicta contractus omnia et singula firma perdurent. Si venditores de bonis hereditatis illius in quo spectat ad venditorem falcidia et rem ipsam in falcidiam sibi idem venditor eligat.

Preterea dominus venditor ita scribes. cum domum predictam esse dixerit de bonis hereditatis patris sui in quibus falcidia et debitam bonorum subsidium iure sibi nature debetur. eandem rem propterea et in partem ex falcidia sibi in bonis patris debitam elegit et accepit. nichilominus sibi in reliquis bonis residuo falcidie siquid ultra ad eum pertinet reservato quod residuum si quod est pro predictis omnibus et singulis a se in hoc instrumento promissis firmiter observandis ipsi emptori specialis iure pignoris obligavit. Dans et cedens eidem ex causa venditionis et pretii supra dicti omnia iura et actiones que vel quas habebat vel habere poterat in bonis patris ex causa falcidie supradicte usque in summam extimationis et pretii dicte rei quanti pro tempore plus valuit. Nec non constituens eum procuratorem in rem suam et ponens ipsum in locum suum ita quod nulla alicuius restitutoris substitutoris gravaminis vel alterius contradictione obstante possit suo nomine actionibus utilibus et directis iure falcidie supradicte tenere possit ac defendere rem eandem et super ipso residuo falcidie sibi iure pignoris obligate se de predictis omnibus et singulis in tempore ad integrum conservare. Renuntians legibus codicis contrariis de legatis si duobus.

Emptor et de evictionibus si filiorum et omnium aliorum auxilio. Et nota per dictas duas securitates si occurrerint. vel illam earum que occurrerit ponenda esse in instrumento traditionis ante illam generalem conclusionem instrumenti que incipit. Quam venditionem et omnia et singula suprascripta etc. Ita quod per eam instrumenti ad hoc et alia referantur.

Quoniam persone que re no. circa subsequentia huiusmodi traditionibus consentire habent. quedam sunt que habent ius in re ex obligatione vel ypotheca ut puta uxores et creditores et huiusmodi quedam que habent que habent ex speciali causa speciale et privatum ius sicut legatarii fideicommissarii et usufructuarii quedam que habent ius dominii et proprietatis sive id ius quod in venditores sicut fratres et consortes et quia predicte persone aliquando sunt presentes contractui traditionis aliquando absentes. ideo de omnibus per ordinem est videndum. et primo de presentibus tempore contractus traditionis rei. Si uxor venditoris presens

Ad hec domina. consentiat sic scribes. M. uxor dicti Antonii venditoris et filia condam domini Arduini predictis omnibus presens dicte venditioni consensit. et certificata per me R. notarium infrascriptum dictam rem venditam pro suis sibi fore dotibus obligatam renuntiavit omni suo iuri et ypothecarum et cuilibet alii quod habebat vel habere poterat in dicta re vendita occasione dotium suarum vel alia quacumque. Item ius ipsi emptori pacto remittens et promittens eidem per se et suis heredibus stipulatione predicta omnia et singula perpetuo firma et rata habere et tenere. et non contra facere vel venire aliqua ratione vel causa de iure vel de facto sub

peca. C. lib. bon. stip. pmissa. et refectione
dampnor. et expensar. litis et ce. et oblig.
oium suor. bonor. et pca soluta ul non
pdca oia et singula firma pouret. Si
uxor uenditoris patre hat q dote filie
fuit stiplat. et ab eo psentes sit q consensit i
a. Ad hec dns ardum socer ta scribes.
dci antonii uenditoris et ei consensu
atq licentia domina. M. ei filia et ipi
antonii uxor pdictis omnibus psente
dce uenditoi consensunt. et certificati p me
R. not. infrascriptum dcam rem ab
ipo antonio uenditam sibi p dotibus
eidem dne M. fore obligatam renuntia
uerit omni eor. iuri ypothecar. et cuilibe
alii q habebant. ul hre poterant in
dcare actione dcarum totum ul alia
quacumq. Item quius ipi emptori pac
to remittentes et pmittentes eidem q
pse et suis heredibus stip. predicta oia et
singula firma et rata hre et tenere. et no
ofacere ul uenire aliqua rone ul ca
deiure ul defacto et c. ut supra. Si alia
psona q pat ut puta frat ul aliqs alii conu
liens dote fuit stiplat ita una c ipi consenti.
b. Ad hec dna. M. ipius uenditoris
uxor et Iohs ei frat qui p ipa do
mina. M. dotem dedit. et eandem q
in omnem euentum restituende doti
extitit stipulat. ut patet in instro ipi
us dotis scripto manu tal. not. pdcis
omnibus psentes dicte uenditoi consen
sunt. et certificati et c. ut in prima prece
denti securitate. Si uxor uenditoris minor
c. In sup dca domina. M. fuit sicut ab.
q minor etat. xxv. annis maior
tamen. xii. iurauit corporaliter
ad sca dei euangelia pdicta omnia et
singula firma et rata hre et tenere et n
contra face ul uenire. nec restitutionem
aliquam impetrare contra pdca ul aliq p

textur pretextu minoris etatis ul occo
nis alterius cuiuscumq. Si uxor uendi
toris psens consentiat uenditoi rei et obligni
bonor et renuntiet iuri q hat in re uendita et
d. Retera domina. bonis obligatis et ep
M. uxor dci uenditoris dotem iurata y
pdictis omnibus psens dce pothece.
uenditoi ipius domus et obligationi
bonor. a dco uiro suo ipi corado factis conse
sit. et certificata p me R. not. infrascrip
tum dcam rem uenditam et ipa bona
obligata sibi p dotibus suis ypothecata
fore. renuntiauit oi suo iuri ypotheca
rum et cuilibet alii q habebat ul hre
potat in dicta re uendita et pdcis bonis
obligatis actione totum suar. l alia
quacumq. et insup p pretio et noie pcii
xxvi. lib. bon. quas confessa fuit se
ab ipo corado habuisse et recepisse. ded
et cessit eidem q oia iura et actiones que
ul quas habebat ul hre poterat. in ipa
re uendita et dcis bonis obligatis no
mine et occone ypothece ad se spectantibus i
eis ex iure totum suar constituens eum
procuratorem in rem suam et ponens ipm
in locum suum ita q suo noie actio
nibus utilibus et directis loco ipius dne
M. et sicut ipa poterat ex ca ypothece
pdce in dicta re uendita et ipis bonis
obligatis omnibus ipius antonii credi
toribus pferatur et possit sicut ipa potat
rem ipam defendere et in ipis bonis ob
ligatis agere. et quoscumq alios credi
tores excludere. nomine ipius ypo
thece contra quamcumq psonam agere.
exptim excipe et replicare consequi et se tu
eri et omnia et singula face quem ad
modum ipa poterat. ipi tamen dne.
M. pt dcm coradum in dcis bonis ob
ligatis omni suo iure ypothecar. a dicto
tegum reseruato. Verum tamen non obstante

q' ipsa sit prior t(em)p(o)re ul' potior iure. Item
q(uod) coradus et p(re)dicta obligatio sibi f(act)a
ipsi d(omi)ne. M. et ypothece sue p(er)omnia p(re)fe
ratur. Que o(mn)ia et singula sup(ra)scrip
ta p(ro)misit ipsa domina. M. d(i)c(t)o corado
p(er) se et suis h(er)edib(us) stipulanti p(er)petuo fir
ma et rata h(abe)re et tenere. et non (contra) face(re)
ul' uenire p(er) se ul' alium de iure ul' de
f(a)c(t)o sub tali pena (et)c. Renuntians excep
t(i)o(n)i sibi non dati et n(on) soluti p(re)tii doli et
in factum (con)diti(oni) aliiq(ue) aux(ilio). Si filii et h(er)es
P. Stacci (con)dam uxoris uendito(ris)
martini fili (con)se(n)sit et renu(n)tiauit iuri
d(i)c(t)i antonii et filius ypothecar(um) ita scrib.
et h(er)es (con)dam d(omi)ne. M. uxoris ipsius an
tonii p(re)d(i)c(t)is omnib(us) presens d(i)c(t)e uendi
t(i)o(n)i (con)sensit. et renuntiauit omni suo iu
ri ypothecar(um) q(uo)d habebat ul' h(abe)re poterat
in d(i)c(t)a re uendita occ(asi)one dotium et h(er)e
ditatis (con)dam d(i)c(t)e matris sue ul' alia
q(ua)cumq(ue). Item q(uo)d ius d(i)c(t)o emptori pac
to remittens. (et) p(ro)mittens eidem q(uod) (et)c.
ut sup(ra) h(ab)es in primo (con)sensu uxoris.
Ad hec d(omi)na Simat(a) uenditoris ser(or)
diana ipsius dote legato ul' usufruc.
uenditoris m(ar)it(i) et i(n) iure h(eredi)s (con)sensit
uxor (con)dam d(omi)ni boetii patris ita scribes.
eidem uenditoris p(re)d(i)c(t)is omnib(us) p(re)ses
d(i)c(t)e uendit(i)o(n)i (con)sensit. et (cer)tificata p(er) me
R. not(arium) infrascriptum ipsam rem uen
ditam sup(ra)p(ro)dotib(us) suis legato et usu
fructu ei a dicto uiro suo d(omi)no boetio i(n)
ei(us) testo(mento) relictis obligatam e(ss)e. renu(n)tia
uit omni iuri [suo] ypothecar(um) et cuilibet alii
q(uo)d habebat ul' h(abe)re poterat in eadem re
uendita (ex) iure totium suar(um) legati et
usufruct(us) p(re)dictor(um). et ipius testi siue
alia quacumq(ue) c(aus)a ul' ra(tione). Item q(uo)d
totum ipsi emptori pacto remitte(n)s. et
p(ro)mitte(n)s eidem q(uod) (et)c. ut supra. Si
pater uenditoris consensit. ita scrib.

Ad haec d(omi)n(u)s Boetii pat(er) dicti ipsius A(n)
tonii uenditoris p(re)d(i)c(t)is omnib(us)
p(re)ses dicte uendit(i)o(n)i (con)sensit et renu(n)tia
uit omni suo iuri q(uo)d habebat ul' h(abe)re po
t(er)at seu in futur(um) h(abe)re sp(er)abat in d(i)c(t)a re
uendita occ(asi)one usufruct(us) sibi debiti
ul' debendi iure ip(s)i(us) ratione patrie po
testatis ul' alia quacumq(ue) r(ati)one ul' c(aus)a. I
tem ius dicto emptori ex toto remitte(n)s.
et p(ro)mittens eidem (et)c. ut supra. Si soror
Ad h(ec) d(omi)na diamante soror ip(s)i(us) uendi
sius uenditoris dotis ul' ex h(er)editate
et filia d(i)c(t)i d(omi)ni Boetii p(ro)dictu(m) ul' ex testo(mento) patr(is)
uel (quo)m(od)ol(ibe)t tenus adiuratis iure habens
et assensi se maiorem p(re)dictis (con)sensit.
omnib(us) p(re)sens d(i)c(t)e uendit(i)o(n)i ita scrib.
(con)sensit. et (cer)tificata p(er) me infrascriptum
not(arium). p(re)dictam rem uenditam sibi ex
h(er)editate patria seu institutione de se f(act)a
ab eadem patre ei in eius testo(mento) obligata(m)
e(ss)e. Renuntiauit omni suo iuri q(uo)d habe
bat ul' h(abe)re poterat in ip(s)a re uendita oc
casi(on)e dicte h(er)editatis et institutionis seu
ipsius testi aut alicuius sibi relicti in eo (con)
tenti ul' alia quacumq(ue) r(ati)one ul' causa.
Item q(uo)d ius ipsi emptori pacto remitte(n)s
et p(ro)mittens eidem p(er) se et suis h(er)edib(us) stip(ulanti)
(et)c. ~~ut~~ supra. Si his q(ui) ex substitutione l' fidei(commisso)
In sup(er) paulus [fidei]missoi h(abe)t in re con
p(ro)p(ri)et(ate) d(i)c(t)i uenditoris (con)sensit. ita scribes.
p(re)dictis omnib(us) p(re)sens d(i)c(t)e uendit(i)
o(n)i (con)sensit. et omni suo iuri q(uo)d habebat.
ul' h(abe)re poterat ul' in futurum h(abe)re sp(er)a
bat in d(i)c(t)a re uendita r(ati)one ul' occ(asi)one sub
stitutionis fideicommissi seu in (cer)te (con)di
tionis (con)tentor(um) in testo(mento) (con)dam domini bo
etii patris sei scripto manu tal' not(arii). o(mn)i
renuntiauit. illud p(er) se et suos h(er)edes d(i)c(t)o
uenditori et emptori et cuilibet eor(um) et ip
sor(um) [here(dibus)] h(er)edib(us) pacto remittens nec non p(ro)
mitte(n)s eisdem sollempni stip(ulatione) i(n)tueniente.

nichil iure ipsa decreto petere. uel de ipsa eius
uel eorum heredibus litem uel questionem alicu-
ius non inferre ratione facti commissi substitu-
tionis conditoris aut testi per eorum siue aliis
quibuscumque occasionibus. Set predicta omnia
et singula perpetuo firma et rata habere et tenere
et non contrafacere uel uenire ratione aliqua
siue causa de iure uel de facto sub pena etc. ut supra.
Dicto de personis presentibus tempore contractus
traditionis que consentiunt et renuntiant
iuri suo restat uidere de his que tunc tem-
poris sunt absentes. Et notandum est quod quando
aliqua persona absens est, quam uelit
emptor consentire et renuntiare siue rati-
ficare et approbare debet procurare quod uenditor
promittat de faciendo et curando quod dicta per-
sona ad certum tempus hoc faciat. Que uen-
ditoris promissio ita fiet ut est subsequenter
notatum. Si promittit uenditor pro aliquo.
Insuper promisit absente qui habet consentire et
dictus uenditor dicto renuntiare ita scilicet
emptori pro se et suis heredibus stipulanti se be-
facturum et curaturum omni exceptione remo-
ta quod dominus arduinus eius socer et domina
mathelda eius uxor et filia eiusdem domini
arduini hinc ad xv dies dicte uenditioni
consentiet et renuntiabunt omni eorum iu-
ri ypothecarum et cuilibet alii quod habent uel habere
possunt in dicta re uendita occasione dotium
ipsius domine M. uel alia quacumque
et de his sollempnem promissionem obli-
gationem ei facient ad consensum sapientis
eius et secundum cursum et consuetudinem ciuitatis
bon. sub pena quinquaginta lib. bon. et
refectione dampnorum et expensarum litis et extra
et obligatione omnium suorum bonorum et pena solu-
ta etc. Si promittit dictus uenditor pro aliqua persona
Insuper absente qui habet ratificare et approbare uenditionem
promisit dictus uenditor ut puta pater uel
ipsi emptori pro se et suis consorte ita nota bene
heredibus stipulanti se facturum et curaturum omni
exceptione remota quod dominus michael eius filius cum
fuerit legittime etatis infra xv dies
postquam sibi denuntiatum fuerit dicte
uenditioni consentiet et eam uenditionem
pretii solutionem possessionis traditionem et omnia
et singula suprascripta ratificabit et ap-
probabit et ad legittimam ipsius rei de-
fensionem in omnibus et per omnia ut fecit idem
uenditor se obligabit et de his omnibus
sollempnem promissionem obligationem
et contractum cum pene adiectione et corporali
iuramento prestando more minorum faciet
et ad consensum sapientis eiusdem empto-
ris et secundum cursum et consuetudinem ciuita-
tis bon. sub pena .L. lib. etc. ut supra. Si
Domina pro qua tempore contractus absens
mathelda fuerat postea consensit et
uxor antonii lecto renuntiauit ita scilicet
sibi et in eius presentia dicto instrumento uenditionis
facto coram ab ipso antonio eius uiro eidem
uenditioni consensit et certificata per me no-
tarium infrascriptum dictam rem uen-
ditam sibi pro dotibus suis obligatam esse
renuntiauit etc. ut supra habes in pri-
mo consensu uxoris. Et nota idem
esse seruandum in omnibus predictis personis que
presentes consenserunt si tempore contractus ab-
sentes postea consenserunt. Si ratificauit uel consors
Michael uenditionem a patre factam
filius quondam boetii et ratificauit et appro-
bauit antonii lecto sibi et in eius presentia scilicet
natum in instrumento uenditionis facto coram
filio quondam titi ab ipso antonio eius fratre
de quadam domo sita in tali contrata infra
tales confines pro pretio C. lib. bon. quod istum
scriptum est manu mei notarii subscripti
ipsi uenditioni consensit et eam uenditionem
pretii solutionem possessionis traditionem
et omnia et singula in ipso instrumento contenta ra-
tificabit et approbauit ipsum contractum
iam dicta ponens et habita confirmans et confitens

et asseuerans predictum contractum totum
cum dicto patre suo participasse et illud
in comunem ipsorum utilitatem uersum esse.
Et renuntians exceptioni non habiti et non
participati contractus cum fratre suo super dicto
in comunem eorum utilitatem non conuersi
exceptioni doli condictioni sine causa in factum
actioni et omni alii auxilio. Nec non promit-
tens dicto corrado per se et suis heredibus stip-
ulanti uel conditionem ei uel suis heredibus
de dicta re uel eius occasione de iure uel de facto
ullo tempore non inferre nec inferenti
consentire. Set ipsam item tam in proprie-
tate quam in possessione ei et suis heredibus ab omni
homine et uniuersitate legittime defendere
auctorigare et disbrigare. et dictam uen-
ditionem ab ipso fratre suo factam et omnia
et singula in predicto instrumento uen-
ditionis ipsius contenta. Nec non omnia
et singula supra scripta perpetuo firma et
rata habere et tenere. et non contra facere uel
uenire per se uel alium aliqua causa uel in-
genio de iure uel de facto sub pena. C. lib.
bon. stipulatione in singulis capi-
tulis huius contractus in solidum promis-
sa et refectione dampnorum et expensarum litis
et extra et obligatione omnium suorum bonorum
et pena soluta uel non rata maneant
omnia et singula supra scripta. Insuper
dictus michael qui minor etate .xxv. an-
nis maior tamen .xiiii. iurauit corporaliter
ad sancta dei euangelia perpetua omnia et sin-
gula perpetue firma et rata habere et tenere et
non contra facere uel uenire occasione mino-
ris etatis uel minoris pretii siue pretii
non participati aut inutilitatem suam
non conuersi uel non ditantis siue alia
quacumque ratione uel causa. Itaque super
predictas personas uel securitates ali-
quas tibi in mistis ponendas occurrent.
si peccatorum plene doctrinam habens erit
tibi sufficientes in reliquis documentum hec
in predictis securitatum compilatione. de omni-
bus que circa casus secundum consuetudinem ciui-
tatis bon. occurrunt satis sufficienter
ut michi uidetur supra sit notatum. R.

Quoniam de quibusdam contractibus Prohemio.
traditionum rerum immobilium
inter priuatas personas supra est notatum
Restat nunc ut de emphiteoticis in-
strumentis et aliis concessionibus et etiam tradi-
tionibus faciendis ab ecclesiis uideamus. Set
licet ab ecclesiis fieri possint traditiones
ad proprium quia tamen contractus iste uidelicet
emphyteosis sepius ab ecclesiis celebra-
tur et uidetur nunc super eo intentio prin-
cipalis. Ideo de ipso principaliter est intendendum.
Est igitur contractus emphiteosis melio-
rationis contractus propriam ex lege genoma
na tenens naturam neque ad uenditionem
neque ad locationem etiam inclinantem
suis pactionibus fulcientem licet habere
cum utroque ipsorum contractuum affinita-
tem aliquam uideatur. ~~huius~~ Hi igitur
contractus inuentionis precipua causa fuit. ut con-
cederetur ad tempus res sterilis ut per meliora-
tionem fertilis redderetur fructibus in tantum emphi-
teoticario applicandis. dicitur enim em-
phyteosis grece. Idem quod latine melio-
ratio. alio quidem modo dicitur emphite-
osis possessionis immobilis rei ad certum tem-
pus alteri facta concessio domino proprietate
retenta. sub conditione annue pensionis
et renouationis finito concessionis tempore faci-
ende. Set hodie meliores etiam pingues et
fertiles conceduntur. et postea constitutum hec em-
phiteosis non solum ab ecclesiis uel locis
religiosis set etiam laicis quibus est alie-
nare permissum. Et contractus iste secundum diuer-
sas terrarum consuetudines diuersis nominibus
nuncupatur: dicitur enim emphiteo-
sis precario. libellus census fictum et aliis

perhibetur nominibus consulatur diuersis pac
toribus secundum diuersas contrahentium uoluntates
comprehensa rectius dicatur emphiteosis ab
ea quod est meliorare phyteosis fides et testis facta
positio quam in contractu fit et hec positio.
Sed quia ecclesie funguntur uice minorum
si decipiantur uel lapse deprehendantur
et quia omnis alienatio rerum ecclesiarum pro
hibita esse dinoscitur nisi uenerabilis an
tistitis sue diocesiam auctoritas interueni
at et licentia spetialis. Id circo in hui
usmodi concessionibus et omnibus alienationibus
rerum immobilium ab ecclesia facien
dis necessarium primo est ut optineatur
ab episcopo diocesano licentia et auctoritas su
pradicta accedente persona ecclesiastica com
petenti ad publicum instrumentum. deinde
quod concessionis uel alienationis necessaria
uel utilis subsit causa. Insuper quod capituli
siue fratrum aut sororum uel aliarum personarum
quarum consensu loci illius negotia dis
ponuntur uel maioris partis presentia in
ueniat et consensus. Et quod in emphiteoti
cis fiat mentio de pensione et renouatione
soluenda et facienda temporibus ordinatis
et de his omnibus fiat in contractu expressa ordi
nata mentio prout infrascriptorum istorum
series te docebit. Instrumentum concessionis in em

Quoniam monasterium phyteosim a monasterio
sancti stephani tenore facte. ne.
bononiensis quod dicitur ierusalem domino Jaco
bo ducentarum librarum debito teneba
tur contracto spetialiter persoluendis collecti
ipsi monasterio a domino. G. sedis ap
ostolice legato impositis ut de ipso debi
to et causa debiti patet instrumento scripto manu
talis notarii et quoniam urgente ipso credi
tore necessariam habebat idem mona
sterium ad dictum debitum persoluendum
subscriptam concessionem rei facere infra
scripte ut potere expedientem et minus

dampnosam quam alterius rei uel bonis
eiusdem monasterii. Id circo licentia et a
uctoritate optenta a uenerabili patre
fratre Jacobo bononiensi episcopo de infrascripta con
cessione et infrascripto emphyteoticario
o facienda. Vt patet publica scriptura
facta manu talis notarii atque infrascriptis
monachis et fratribus eiusdem monasterii
ut mos est ad hoc spetialiter in capitulo
congregatis. s. talibus et talibus dominus. B.
ipsius monasterii uenerabilis abbas
per se ipso et suis successoribus uice et no
mine ipsius monasterii presentibus et
consentientibus fratribus supradictis dedit et
concessit corrado per se et suis heredibus re
cipienti in emphiteosim usque in tertiam
personam domum unam sitam
in parrochia sancte tecle cuius hii dicuntur
confines et cetera. ad habendum. tenendum. possidendum et quicquid
ei et suis heredibus saluo iure dominii et
proprietatis et saluis conditionibus in hoc in
strumento insertis deinceps placuerit faciendi.
cum omnibus et singulis que infra predictos
continentur confines uel alios si qui forent
accessibus et egressibus suis usque in uiam publi
cam et cum omnibus et singulis que habet
supra se uel infra seu intra se in integrum
omnique iure et actione usu seu requisitione
ipsi rei modo aliquo pertinente pro. CC. lib.
bon. quam pretii quantitatem idem
emphiteoticarius coram me notario et testi
bus infrascriptis de mandato ipsius domini
abbatis et ipsorum fratrum dedit et soluit
ipsi domino Jacobo in solutionem et satisfactio
nem debiti supradicti ad quod ei dictum mo
nasterium tenebatur ut supra continetur.
Quam rem idem dominus abbas se ipsius
emphiteoticarii nomine constituit possidere
usque quo ipsius rei possessionem acceperit cor
poralem quam accipiendi sua auctoritate
et retinendi deinceps ei licentiam omni

michaelam dedit. promittens item dominus abbas pro se et eius successoribus vice et nomine ipsius monasterii dicto Corrado pro se et suis heredibus stipulantem litem vel controversiam ei vel eius heredibus de dicta re seu eius occasione ullo tempore non inferre nec inferenti consentire. set ipsam rem ei et suis heredibus ab omni homine et universitate legittime defendere auctorizare et disbrigare et predictam dationem concessionem et omnia et singula supra scripta firma et rata habere et tenere et non contrafacere vel venire per se vel alium de iure vel de facto sub pena dupli dicte quantitatis stipulatione promissa et refectione dampnorum et expensarum litis et extra et obligatione bonorum ipsius monasterii et pena soluta vel non predicta omnia et singula firma permaneant. Hanc autem concessionem et omnia et singula supra scripta fecit idem dominus abbas sub hac conditione et pacto actis et initis expressim inter ipsum et emphiteoticarium supradictum videlicet quod ab ipso emphiteoticario et quocumque alio ad quem res ipsa ullo quoque tempore usque tertiam personam devenerit singulis annis in festo nativitatis domini .i. denarii veronensis nomine pensionis eidem rei ipsi monasterio persolvatur. postquam autem ad quartam personam devenerit nova emphiteotica concessio fiat hoc ordine reservato. Renovationis tamen causa ipsi monasterio .C. solidos bononienses tunc temporis persolvendis. Ceterum actum est inter ipsos ut ex hoc contractu duo uniuscuiusque tenoris instrumenta fiant. unum videlicet pro ipso emphiteoticario et aliud pro monasterio ante dicto.

Instrumentum renovationis et concessionis emphiteoticae. .xx.

Quoniam domum quedam sita in parrochia sancte cecilie infra tales confines olim concessa et data a monasterio sancti stephani bononiensis quod dicitur ierusalem In emphiteosim sub conditione annue pensionis et renovationis post personam tertiam faciende quam modo possideret Coradus filius condam Titii nunc ut dicitur in personam certam et tempus renovationis advenit. Idcirco instante ac petente ipso Corado et eidem monasterio fratribus ii mo nasterii ad hoc specialiter in capitulo congregatis domino .B. ipsius monasterii venerabilis abbas pro se ipso et eius successoribus vice et nomine dicti monasterii presentibus et consentientibus fratribus supradictis dedit et concessit iure et causa renovationis concessionis emphiteoticae dicto Corado pro se et suis heredibus recipientibus usque in suam tertiam personam domum predictam ad habendum tenendum possidendum et quicquid sibi et suis heredibus salvo iure dominii et proprietatis et salvis conditionibus in hoc instrumento insertis deinceps placuerit faciendum. cum omnibus et singulis que infra predictos continentur confines vel alios si qui forent accessibus et egressibus suis usque in viam publicam et cum omnibus et singulis que habet super se vel infra seu intra se in integrum omnique iure et actione usu seu requisitione ipsi rei modo aliquo pertinente. pro .C. solidis bononiensibus quos item dominus abbas ab ipso Corado recepit ibidem et in presenti in specialem utilitatem eiusdem monasterii convertendos. possessionem eiusdem rei quam idem Corradus habet ipsi Corado et eius in ipsa plenissima auctoritate confirmans. Nec non promittens per se et suos successores vice et nomine ipsius monasterii dicto Corado pro se et suis heredibus stipulantem litem vel controversiam ei de dicta re vel eius occasione ullo tempore non inferre nec inferenti consentire. Set ipsam rem et ei et suis heredibus ab omni homine et universitate legittime defendere auctorizare et disbrigare et predictam renovationis concessionem et omnia et singula superscripta firma et rata habere et

tenere observare et adimplere et non contra facere vel venire per se vel alium aliqua causa vel ingenio de iure vel de facto sub pena .C. lib. bon. stip. promissa et refectione dampnorum et expensarum litis et extra et oblig. omnium bonorum ipsius monasterii et pena soluta vel non predicta firma permaneant. Hanc autem renovationis concessionem et omnia et singula suprascripta fecit idem dominus abbas sub hac condictione et pacto actis et initis inter ipsum et emphiteoticarium supradictum videlicet quod ab ipso emphiteoticario et quocumque alio ad quem res ipsa usque in predictus tertiam personam devenerit singulis annis in festo nativitatis domini unius veronensis nomine pensionis eidem rei ipsi monasterio persolvatur. postquam autem ad quartam personam devenerit nova emphiteotica concessio fiat hoc ordine reservato. renovationis tamen causa ipsi monasterio .C. s. bon. tunc temporis exhibendis. Ceterum voluerunt et mandaverunt. ut ex hoc facti duo unius eiusdem quoque tenoris instrumenta fiant unum pro ipso Corado et aliud pro monasterio ante dicto. Instrumentum [solutionis] pensionis rei emphiteotice per multis annis.

Quoniam Coradus quondam Titii nomine pensionis cuiusdam domus emphiteotice site in contrata [sancte] ecclesie infra tales confines etc. unum veronensem monasterio sancti stephani bonon. singulis annis persolvere tenebatur et actum est inter ipsum et dominum .B. ipsi monasterii venerabilem abbatem de consensu infrascriptorum fratrum eiusdem monasterii ad hoc specialiter congregatorum ibidem ut pensio per infrascripta annorum quantitate debenda licet deberetur ad tempus nunc tamen simul et semel ipsi monasterio persolvatur. Ideo dictus Coradus coram me notario et testibus infrascriptis dedit et solvit ipsi domino abbati tres solidos bon. computatis .L. veronensibus in solutionem et satisfactionem pensionis per .L. annis debende ex domo emphiteotica supradicta qui dominus abbas confitens et asserens sibi de pensione ipsius domus pro dicto tempore fore plene et integre satisfactum promisit per se et suos successores vice et nomine dicti monasterii dicto Corado pro se et suis heredibus stipulantibus predictam solutionem et omnia et singula suprascripta firma et rata habere et tenere et non contra facere vel venire de iure vel de facto sub pena .xx. lib. bon. et refectione dampnorum et expensarum litis et extra et oblig. suorum bonorum ipsius monasterii et pena soluta vel non predicta firma permaneant. Fratres autem ipsius monasterii huius omnibus presentes et consentientes .s. hii. Instrumentum venditionis ad ecclesiam proprium facte.

Quoniam ecclesia sancte marie pro positure avenatis quondam ab ecclesia. rca. domos habebat iuxta se positas que ruinam et precipitium minabantur. quas domos propter et quod etiam eis melius constructis et edificatis perciperentur ex ipsis uberiores redditus pensionum et fieret locupletior ecclesia supradicta oportebat ex necessitate et magis utilitate constitui et aptari. et quoniam non existentibus in ipsa ecclesia aliquibus rebus mobilibus ad habendam pro ipsa causa pecuniam commode distrahendis alienatio et venditio infrascripte rei minime erat ipsi ecclesie dampnosa immo magis utilis et necessaria quam altius ponens eiusdem ut hec omnia vera esse dominus .B. capellanus et rector ipsius ecclesie in verbo veritatis et fidei affirmavit et patronorum ipsius ecclesie et vicinorum ibidem presentium testimonio etiam hec habetur. Ideo circo licentia et auctoritate optenta a venerabili patre fratre Jacobo bonon. episcopo de infrascripta venditione et alienatione in scripto facienda emptori ut patet publica scriptura facta manu tal. notarii. atque ista scripti

patronis ipsius ecclesie. s. dominus. P. et M.
et etiam infrascriptis vicinis videlicet
talibus et talibus ad hoc specialiter congregatis
ibidem dominus. B. capellanus et rector ip
sius ecclesie per se ipso et suis successoribus vice
et nomine eiusdem ecclesie presentibus et consentien
tibus patronis et vicinis predictis. dedit con
cessit et tradidit iure proprio in perpetuum. Co.
per se et suis heredibus recipienti. unam peti
am terre vineate positam apud fosso
le quam esse dixit et convenit. x. tornat. et
eidem tales esse confines. et cetera. ad habendum, te
nendum, possidendum et quicquid sibi et suis heredibus deinceps
placuerit perpetuo faciendum cum omnibus
et singulis que infra predictos continentur
confines vel alios si qui forent. accessibus et re
gressibus suis usque in viam publicam. et
cum omnibus et singulis que habet supra se vel
infra seu intra se in integrum omnique iure et
actione usu seu requisitione sibi ex ea re a
ut ipsi rei modo aliquo pertinente. pro pretio
xx. lib. bon. pro qualibet tornat. quod capit
in summa. C. lib. bon. quam pecunie
quantitatem dictus emptor de mandato
dicti domini capellani et predictorum patronorum
et vicinorum dedit et solvit ibidem et im pre
senti magistro michaeli de mussa cum
dictus capellanus ante dictum opus ipsarum
domorum reficiendarum et edificandarum
locavit ad summam. Cl. lib. bon. solven
dis eidem ab ecclesia supradicta ut patet
instrumento scripto manu tal. not. quam
rem venditam idem capellanus se dicti
emptoris nomine constituit possidere. do
nec ipsius rei possessionem acceperit corpora
lem quam accipiendi sua auctoritate et reti
nendi deinceps ei licentiam omnimo
dam dedit. Promittens per se et suis succes
soribus vice et nomine dicte ecclesie ipsi emp
tori per se et suis heredibus stipulantem ullo
tempore litem vel controversiam ei vel eius heredibus. et cetera. ut supra

ius habes in primo instrumento venditionis
excepto quod facies ipsum capellanum ob
ligare omnia bona ipsius ecclesie. Instrumentum

QUoniam monasterii permutationis
sancti stephani quod fuit ab ecclesia dicte episcopi
dicitur iesum in infra dicta capitula re episcopi.
scripta permutatio ad utilitatem cedit iure
multiplicem et perfectum. Ideo certo op
tenta licentia et auctoritate a venerabili
patre fratre iacobo bon. episcopo de infrascrip
ta permutatione facienda ut patet publi
ca scriptura facta manu tal. not. atque
infrascriptis fratribus ipsius monasterii
ut moris est ad hoc specialiter in capitulo
congregatis. s. talibus et talibus dominus. B. ipsi
monasterii venerabilis abbas per se ipso
et suis successoribus vice et nomine dicti mo
nasterii presentibus et consentientibus fratribus
supradictis permutavit corrado per se et suis
heredibus recipienti dando et concedendo eidem
in emphiteosim usque in tertiam tantum
personam domum unam sitam in tali
contrata cui tales dicantur confines. et cetera. ad ha
bendum, tenendum, possidendum et quicquid sibi et suis heredibus deinceps
placuerit perpetuo faciendum. cum omnibus
et singulis que infra predictos continentur con
fines vel alios si qui forent accessibus et regressibus
suis usque in viam publicam. et cum omnibus
et singulis que habet supra se vel infra seu in
tra se in integrum omnique iure et actione usu seu re
quisitione ipsi rei modo aliquo pertinente. Et hoc
pro una petia terre vineate posita in tali lo
co infra tales confines et cetera. quam dictus co
radus permutavit ipsi domino. B. ab
bati ipsius monasterii per se et suis successo
ribus vice et nomine eiusdem monasterii
recipienti eodem modo in ea cambium
dando et concedendo eidem in emphiteosim
usque in tertiam personam ad habendum, tenendum, possidendum et quicquid
dicto monasterio salvo iure domini et proprie
tatis et salvis conditionibus in hoc instrumento insertis.

get et faciet scripturas illas quas in
publicam debuerit formam redigere
in menbranis et non in cartis abrasis
legaliter conscribendo. Nec non sinias
et dicta testium donec publicata fuerint
et apta sub secreto fideliter retinebit et omnia
recte facies que ad idem offitium pertinebunt.

Habentur in hoc Introductione
huius operis capitulo
Sexto capitulo sexti
Commissi capitu
missi laudi lumen. ix.

Pacis et concordie Societatis diuisio
nis et denuntiationis disposita per or
dinem instrumenta. Instrumentum compromissi.
Cum lite et super lite controuer
sia que uertebatur et erat
inter antonium ex una par
te et conradum exalta que quidem talis
erat. petebat namque dictus antonius a dicto
conrado. C. lib. bon. quas dicebat dictum
conradum sibi debere occasione societatis
seu ratione societatis actenus inter eos ha
bite ad pannos emendos et uendendos que
quod dictus conradus negabat ipse antonius
ex una parte et dictus conradus exalta comp
miserunt communiter et concorditer in philippum

tam quam in arbitrium et arbitratorem
et amicabilem compositorem discretum
rem et bonum virum promittentes p se
et eorum heredes adinvicem scilicet una ps
alteri vicissim sollempnibus stipulationibus
hinc inde intervenientibus. et ipse ambe ptes
dicto arbitrio et arbitratori pse et suis he
redibus stip stare parere obedire et non con
travenire dicere vel dicto aliqua ratione vel
causa omni laudo arbitrio dicto diffinito
in et pnuntiatori eius que vel quas inter eos
sup pdictis aut aliquo eorum vel p dictorum
occasione fecerit dixerit pnuntiaverit diffi
nierit aut arbitratus fuerit cum scrip
tura vel sine scriptura semel vel pluries
diebus feriatis vel non feriatis sedendo sta
do quandocumque quocumque modo qualiter
cumque et ubicumque cum iuris cognitione
et omni iuris sollempnitate cognitione
omissa ptibus psentibus et absentibus citatis
tam citatis nulloque ptermisso obstante
sub pena .L. lib. bon. stip adinvicem int
ipsos et ab ipsis a vobis dicto arbitrio et ar
bitratori in singulis capitulis huius
pmissi et laudi et arbitrii ferendi in solido
pmissa que totiens in solidum committa
tur quotiens contra factum fuerit et refecti
one dampnorum et expensarum litis et extra et ob
ligatione bonorum utriusque ptis et pena soluta
vel non hoc compromissum et laudum seu
arbitrium ferendum nichilominus ple
nam optineant firmitatem. Nota
quod differentia est inter arbitrium et arbi
tratorem. Nam arbiter est qui iudicis ptes
tes substinet. et qui cognoscit ordinario
iudicio sicut iudices. et ab hiis nec sententiam
appellari non pot. et sententia huius dicatur arbi
trium arbitratorem qui non servato iuris
ordine cognoscit et diffinit amicabi
liter inter ptes et pnuntiatio hic dicatur
laudum et ab hoc pot appellari et illi peti

reduci ad arbitrium boni viri. Item
scias quod arbiter esse prohibetur minor .xxv.
annis et furiosus servus et femina et huiusmodi q
iudices esse non possunt. quia ad instar
iudiciorum huiusmodi arbitria sunt redac
ta. arbitratores autem multi esse possunt
qui non possunt esse arbitri. scilicet iudices ordi
narii ut potestas vel ptes et pinnitie et etiam
in eadem. Nota arbitri insuper expirat fi
nito tempore instantie iudicii idem est in eo
pter pe psone que in arbitrium compro
miserunt tales esse debent que stare in iu
dicio et subire iudicium possit. decimi
ne arbitrium compromitti non potest
sed sic in arbitratorem. Insuper in comp
missis debet apponi pena. Item arbiter vel
arbitrator non pot super alio arbitrari vel
laudare quam super eo quod in compromisso con
tinetur. quia non pot excedere fines comp
missi vel mandati. aliquis etiam non pot com
pelli recipere compromissum. sed receptum
cogitur consumare insuper iustam habet excusationem
quam quidem habere pot ex multis causis. Ce
terum scias quod aliquando fit compromissum so
lummodo in arbitrium aliquando solummodo
in arbitratorem. aliquando in arbitrium et
arbitratorem simul ut supra in pdicto istrumento.
In Xpisti nomine. Instrumentum arbitrii et
laudi. Ego filippus electus ar laudi.
biter communiter et concorditer arbiter et ar
bitrator et amicabilis composi
tor ab antonio ex una parte et co
rado ex altera de lite et super que verte
batur et erat lite et controversia que vertebatur
tur et erat inter ipsos put in compromis
so ab eis inde facto continentius continetur.
habita deliberatione sollempni. et auditis et in
tellectis omnibus que super questione pdicta
dicere et ostendere voluerunt. utriusque p
tis diligenter investigata et cognita vo
luntate pro bono pacis atque concordie ex

in vigore compromissi predicti nunc facti dei nomine invocato laudo arbitror dico pronuntio atque mando quod dominus Conradus det et solvat domino Antonio .lxxx. lib. bon. scilicet tertiam partem hinc ad pascha resurrectionis et aliam tertiam deinde ad unum mensem reliquam vero et ultimam tertiam hinc ad festum sancti Petri mensis iunii proximo. pro his que pervenerunt ad manus domini Antonii ex rationibus societatis predicte. et quod una pars alteri ad invicem de omnibus et singulis aliis que una ab altera actione vel pretextu societatis predicte petere posset faciat finem refutationem diffinitionem. et pactum de ulterius non petendo per sollempne et publicum instrumentum hodie per totam diem. Et hec omnia et singula laudo arbitror dico pronuntio atque mando fieri observari et adimpleri sub pena in compromisso adiecta in singulis capitulis laudi et compromissi si contrafactum fuerit committenda. salvo et reservato mihi iure et arbitrio et potestate declarandi et interpretandi super predictis ubicumque et quandocumque quod fuerit oportunum et super predictis et quolibet predictorum iterum semel et pluries pronuntiandi utraque parte presente ad hoc laudum et arbitrium audiendum ipso vero coram absente licet legittime et peremptorie citato. Sed vero ambe partes presentes sint et amologet et confirmet laudum ita dices ambabus partibus incontinenti laudum et arbitrium amologantibus et confirmantibus supradictum. ¶ Et nota quod si fuerit solummodo arbiter qui ferat arbitrium et qui delite cognoverit ordinario iudicio debes uti forma diffinitive sententie ut ista habebis in capitulo de iudiciis.

[Margin note: vel dicas dicto co... presente etc.]

Instrumentum pacis et concordie.

ANtonius ex una parte et Conradus ex altera fecerunt ad invicem osculo pacis vicissim intuitu et pacem perpetuam finem remissionem atque concordiam specialiter de iniuriis que dicebantur illata esse ab uno alteri vicissim de quibus quondam iniuriis erant accusationes hinc inde facte. et generaliter de omnibus iniuriis maleficiis et offensionibus seu contumeliis dicto vel facto illatis ab una parte alteri permittentes ad invicem per se et eorum heredes. scilicet unus alteri vicissim sollempnibus stipulationibus hinc inde intervenientibus quod super accusationibus factis predictorum occasione per se vel alios ulterius non procedent. nec aliquas de novo instituent nec institui consentient. Nec etiam aliquis eorum operam dabit quod a potestate vel eius iudicibus per inquisitionem vel alio quocumque modo adversus alterum procedatur. Sed per dictam partem finem remissionem atque concordiam et omnia et singula suprascripta perpetuo firma et rata habebunt tenebunt et observabunt. et non contravenient per se vel alios aliqua ratione vel causa de iure vel de facto sub pena. C. lib. imperialium stipulatione ad invicem inter ipsos in singulis capitulis hinc inde in solidum promissa et refectione dampnorum et expensarum litis et extra et obligatione bonorum utriusque partis et pena soluta vel non predicta omnia et singula firma permaneant.

¶ Nota tamen quod si non fiet pax sed sola concordia finis et remissio tunc subtrahes hec que dictum est. scilicet pacis osculo intervenienti et pacem perpetuam et hanc dictionem pacem ubicumque de ea fit mentio. Item si contingit iniuriam et offensam ab una parte solummodo alteri factum esse tunc fiet pax sive remissio et concordia ab illo qui iniuriam recepit ei qui intulit. et non erit tunc mutua concordia et permissio. sed solummodo simplex. Item nota quod paces seu concordie et remissiones aliquando solent fieri per procuratores quod si fiet facies quod constituantur procuratores specialiter ad hoc. et facies in instro

pacis mitorem ex quibus in istis procuratores sunt. et qui ipsi ad hoc specialiter constituti procuratorio nomine pacem faciunt. et multa alia certa hic interuenire solent. secundum diuersa pacta inita inter partes que omnia exprimi non possent. sicut nec omnes omnium hominum uoluntates. **Instrumentum societatis.**

Antonius ex una parte et Co. ex alia. **R. ccco.**

Mercatis in mercatoribus et super mercatoribus et negotiationibus quibuscumque tam pro minori quam aliarum quarumcumque rerum de quibus negotiando et mercando concorditer decreuerunt societatem hinc ad tres annos adinuicem contraxerunt in qua quidem societate pro suo capitali dictus Antonius contulit et posuit. CC. lib. bon. pro quibus dictus Coradus contentus et confessus fuit. exceptioni non collate et posite et consignate ab ipso Antonio in dicta societate quantitatis predicte omnino renuntians. Ipse autem Corad. in eadem societate pro suo capitali posuit et contulit. C. lib. bon. pro quibus dictus Antonius contentus et confessus fuit. exceptioni non posite collate et consignate a dicto Corado in dicta societate quantitatis predicte omnino renuntians. Quapropter ipsi Coradus et Antonius promiserunt adinuicem pro se et eorum heredes. scilicet unus alteri uicissim sollempnibus stipulationibus hinc inde interuenientibus fideliter et studiose negotiari et mercari et promouere societatem predictam. et in ea lucrum et profectum sollicite procurare et res et bona ipsius societatis diligenter custodire et saluare. et quicquid ex ipsa societate uel eius occasione ad manus alicuius peruenerit in eadem societate ad integrum consignare debita non contrahere uel credentias facere sine amborum unanimi concordia et consensu preterea rationes societatis ostendere uidere et facere quandocumque unus alter dicti dixerit requirendo. Insuper commoda proficua et lucra. et etiam quod absit dampna si contingent communicare et partiri pariter adinuicem secundum quod pro libra capitalis unicuique contingeret. In fine uero termini uel antea si concordes fuerint. deducto et detracto ab unoquoque ipsorum capitali suo predicto si superfuerit lucrum illud fideliter adinuicem diuident ita quod ex eo adinuicem quemcumque eorum tantum spectet et perueniat quantum pro rata capitalis sui eum contingeret. Que omnia et singula supra scripta promiserunt uicissim et c. ut in instrumentis mutue et uicissitudinarie permissionis. **Instrumentum diuisionis. R.**

Antonius et Coradus fratres et filii condam Iohannis uolentes ad diuisionem omnium infra scriptorum bonorum inter ipsos communium peruenire fecerunt de ipsis bonis communi concordia duas partes ponentes et consignantes in una parte talem domum positam in tali loco infra tales confines. Item unum tinatium et duas uegetes. Item unam petiam terre uineate positam in tali loco infra tales confines et tales et tales. Ires[?] que quidem pars de communi eorum concordia et utriusque consensu ipsi Antonio peruenit in partem et eam ipse Antonius de ipsius Coradi uoluntate in sua portione elegit et accepit et ea se contentum uocauit. et dixit saluo tamen eo quod de infra scripta addita[?] in fine exprimetur. In alia uero parte designauerunt et posuerunt unam petiam terre aratorie positam in tali loco infra tales confines. Item petiam unam terre uineate positam in tali loco infra tales confines. et c. Item talem et talem rem. Et hec pars de utriusque communi concordia et consensu ipsi Corado peruenit in partem. et eam de ipsius Antonii uoluntate pro sua portione elegit et accepit et ea se contentum uocauit et dixit. hoc tamen inter ipsos expressim acto et dicto quod quia dicta pars ipsi Coradi

melior est parte antonii an dicti l. schetti te
beat ipse conradus dare et solvere ipsi antonio
pro equivalentia et equatione sue partis addic
tam partem antonii. xxv. lib. bonon.
hinc ad festum nativitatis domini. et de ip
sis solvendis ei sollempnem promissionem
et obligationem facere per publicum instrumentum.
Item actum est inter ipsos expressim quod si quis
tempore contigerit aliquem eorum litem vel controver
siam vel questionem moveri de aliqua rerum
illarum que sibi obvenerunt in partem co
munibus expensis procuretur et steterit in
lite et res de qua lis mota fuerit expensis
communibus defendatur. et si evinci contigerit dam
num inter eos pariter sit commune. Quam
divisionem et omnia et singula suprascripta
perpetuo promiserunt ad invicem pro se et eorum
heredes. scilicet unus alteri vicissim sollempnibus
stipulationibus hinc inde intervenientibus fir
ma et rata habere et tenere. etc. Nota tamen
quod huiusmodi divisiones aliquando fiunt
per sortem aliquando per compromissum ut quando
non possunt concordare de partibus
compromittunt in aliquem et hoc redigitur
ad naturam compromissi et laudi aliquando
ordine iudiciario porrecto libello. Et no
ta etiam quod si fiat divisio de bonis heredi
tariis dicatur divisio familie herciscunde
de si fiat de aliis rebus communibus ut puta de re
bus societatis vel aliis communibus dicatur communi
dividundo. Et solent in huiusmodi contractibus
multa et diversa inter partes fieri pacta et
conventiones que omnia propter multiplicita
tem sub brevi non possent comprehendi
forma. Instrumentum denuntiationis.

Conradus denuntiavit et dixit
antonio quod domum quandam
positam in tali loco iuxta tales confines
quam dictus antonius sibi vendidit. debit
ei defendere auctorizare et disbrigare spe
cialiter a philippo qui ei movet vel movere
intendit litem et questionem de ipsa. et generali
ter ab omni homine et universitate. et quod
omnia et singula sibi faciat adimpleat et
observet prout tenere debet. et prout tenetur
et promisit et convenit in instrumento venditio
nis ipsius rei. Et nota quod aliquando
fit presentatio et oblatio pecunie alicui alte
ri simul cum denuntiatione ut qui pre
sentat pecuniam denuntiat illi ut ipsam
pecuniam recipiat. quod si non recepit sigilla
tur ipsa pecunia in uno sacculo et si
gillato deponitur coram eisdem testibus
pro eo qui recipere debebat apud sacristam
vel presbiterum alicuius ecclesie vel aliam perso
nam aliquando fit presentatio et consignatio
litterarum hoc modo petrus nuntius seu ex
parte talis iudicis delegati vel subdele
gati presentavit antonio litteras ipsius
iudicis sigillatas sigillo pendenti l
impresso habente imaginem virginis s
cum filio sculptam in medio et in circulo
sigilli has litteras. s. philippi archidi
aconi bonon. quarum litterarum talis tenor
est. etc. Item aliquando fit denuntiatio
pro actum lapidum ne edificet. et generaliter
super quocumque negotio potest unus alteri
denuntiare quecumque vult. Tabelliones
tamen in huius verbis debent simpliciter uti verbis
denuntiantis et scribere actum et processum
negotii ut ubi tractatur. Incipit septimum capitulum.



Scripta sunt
in hoc septimo capi
tulo Primo in
illa instrumenta in quibus
aliquis alteri
se subiciat potestati secundo ea per que quis
a potestate conditione ac dominio liberatur. tertio
instrumenta in quibus agitur de personis et ea
rum offitio que constituuntur ad aliquod
alterius nomine faciendum de tertiis pro eorum
interveniencia quarto et ultimo illa que

tractat de psonis que aliquis negotium gerit sine alicuius interpositione decreti. Instrumentum adoptionis. pr.

AN Tonio boetii uolenti legittimo adoptionis actu adsolatium eorum qui filios non habent inuento. Johem filium Coradi in filium sibi dari. Idem Coradus ipsum Iohem ibidem psentem et uolentem ante psentiam dni Scacchauelli iudicis et assessoris dni Ricardi de Villa potestatis bononie in adoptionem contulit atque dedit. ipsum ei de cetero filiatione submittens. Patria tamen potestatis omni naturali iure sibi et in se ad integrum reseruato. cui actui legittimo auctoritatem suam interposuit dictus iudex. Instrumentum arrogationis.

AN Tonius in psentia dni prudentis uiri dni Scacchauelli iudicis ordinarii dni talis romanorum imperatoris et semp augusti. Johem filium quondam Coradi ibidem psentem in filium legittime arrogauit. et ipsum cum omnibus bonis rebus et iuribus suis in sua filiatione familia et potestate. patrio suscepit effectu utique diligenter interrogato hoc fieri uelle et sibi placere ptinus respondente. Et quidem legittimum actum. Idem iudex imperiali auctoritate ipsius qui rescripto pleni confirmauit. ¶ Et ita nota differentiam inter adoptionem et arrogationem quia adoptio fit de filio familias. et potest fieri coram quocumque magistratu. arrogatio autem fit de eo qui est sui iuris et debet fieri coram imperatore uel eius ordinario cum eius rescripto. Et nota quod pater adoptans uel arrogans precedere debet filium adoptatum uel arrogatum etate .xviii. annorum. De aliis autem differentiis et aliis iuribus et contradictionibus adoptionis et arrogationis. et quomodo debet fieri pmissio pimpubere arrogato co

intendo dixi quia tractatus iste non est multe utilitatis et quia rarissime contingit huiusmodi instrumenta. Sed si hoc notitiam habere uolueris querere in institutionibus sub .pr. de adoptionibus. Instrumentum offertionis et pfessionis.

AN tonii post honorum suorum ordinationem et testamentum a se factum scriptum manum eius uel tabellionis. uolens pro xpi amore ac anime sue salute in sancti cisterciensis ordinis religione sub iure obedientie se artare ac residuum uite sue regulari subicere discipline salua suorum dispositione bonorum put in dicto testamento ponitur continentur. obtulit psonam suam deo et beato antonio claustrum ipsius se infra manus uenerabilis patris domini iohis abbatis conuentus sancti antonii cisterciensis. ordinis recipienti in ecclesie nomine ipsius ecclesie et pse et suis successoribus dans et ponens nec non pmittens et pfitens stabilitatem conuersionem et obedientiam debitam secundum regulam ordinis antedicti hoc modo. ipse enim antonius flexis genibus coram altare quandam in manu cedulam tenens legit eam tenorem huiusmodi continentem. Ego antonius pmitto stabilitatem et conuersionem morum meorum et obedientiam regulam s debitam secundum regulam cisterciensis. ordinis coram deo et sanctis eius in hoc monasterio in psentia domini. phy. abbatis conuentus pdicti. renuntiantibus sollempniter utrique ipso uidelicet abbate et fratribus in ecclesie et nomine dicte ecclesie et conuentus et ipso antonio pse tempus pbationis regule supdicte. Quibus omnibus sic pactis dictus abbas et tales et tales fratres eiusdem conuentus ad pacem ipsum antonium receperunt. ¶ Nota tamen quod licet quod dictum est de renuntiatoribus utique intelligas ponendum si ante tempus pbationis idem ante annum post ingressum fiet pro

fessio. Item nota quod huiusmodi professi tenentes a-
liquem non testamentum sed traditionem faciunt in ma-
sterio de omnibus bonis suis. In qua quidem
traditione debes dicere hoc modo. Frater Antoni-
us dum tamen professus intuitu omnipotentis
dei et beate virginis marie et parentum suorum et pro
remedio anime sue peccatorum dedit et tradi-
dit pure libere simpliciter et irrevocabili-
ter inter vivos titulo donationis etc. Sin autem sui i-
stius traditionis et si minor fuerit dicat bis
minor maior vel tamen quanto per se lai-
ce consuescantur ... ecclesie offerunt simul
se et sua. Item nota quod non solum ex
predictis modis et aliis ut ex aliis potest
quis potentia alterius conditionis subici ut pu-
ta maior .xxv. annis qui ad pretium
participandum patitur se vendi [illegible] i-
... [illegible] ... homi-
ne debet intueri. Et etiam ille qui se
subicit conditioni homagie vel ascriptitie
quamquam conditio ascriptitia fit per gem-
nam scripturam sed quia super huiusmodi ne-
gotiis fiunt rarissime instantie opus
et tempora non multum utilia videtur.
Ideo omisso de instrumento illius qui se servum
facit et illius qui conditioni ascriptitie vel
homagice se supponit et etiam instrumento ab-
solutionis ascriptitiorum ad alia magis expe-
dientia et utilia procedendum est. Instrum(entum)
manumissionis.
Dominus Conradus dedit et tradidit Antonio
Boetii et Iacobo et Filippo eius filiis et eorum om-
nium filiis et liberis masculis et feminis
presentibus et futuris libertatem puram
secundum usum et consuetudinem civitatis
romane. Liberans penitus et eximens et
dimittens eos et quemlibet eorum et ipsorum
filiorum et liberos masculos et feminas tam
presentes quam futuros a sua potestate om-
ni dominio et ab omni conditione gravami-
ne operis et operarum impositione tam obseq-
uiorum que consistunt in faciendo ut as-
surgendo salutando et similium quam
eorum que consistunt in faciendo ut puta opere
non notando in ius manumissorem
venia non petita et aliorum omnium tam arti-
ficialium quam fabrilium nunc et futu-
rorum et aufert patronatus et a reverentia
ne insuper ... obsequium ingratitu-
dinem ita quod liceat manumissis famo-
sam accusationem si competat instituere
contra manumissorem et eius liberos intentare
et etiam criminalibus quamlibet accu-
sationem si crimen in posterum committatur omni
pena sublata. Nec non remittens eisdem
omne ius patronatus et restituens eos na-
talibus antiquis et iure ingenuitatis
et denuntians eos cives romanos atque
restituens eos iure primevo secundum quod omnes
homines liberi nascebantur nec erat illis
temporibus manumissio introducta cum ser-
vitus esset incognita. Tradidit insuper
et dedit eis et cuique ipsorum specialiter tales
et tales possessiones et res et generaliter totum eorum
peculium a bonis domini separatum
et ita quod non teneantur rationes reddere debi-
tam in servitute gesserunt etiam si illa sint
connexa hiis que gerent in libertate. Dans
et attribuens eis et cuilibet eorum et ipsorum
filiis masculis et feminis tam presentibus
quam futuris puram et meram liber-
tatem et generalem administrationem rerum
suarum ita quod sine obstaculo servitutis et ma-
numissoris et successorum suorum et cuiuslibet
alterius contradictione possint ipsi manumis-
si et eorum liberi omnes et singuli emere et
vendere contrahere donare ac pacisci in iu-
dicio stare testamentum facere et omnia et singula
facere ac liberaliter exercere que quilibet in-
genuus Romanus civis liber homo et
pater familias et sui iuris facere potest
ac si ab ingenuis parentibus nati essent.

perpetuo. C. lib. bon. quod pretium dictus dominus
Conradus confessus et contentus fuit se a dicto
Antonio dante et soluente. pro se et uice
et nomine dictorum filiorum eius habuisse et rece
pisse exceptioni sibi non dati et non solu
ti pretii omnino renuntians. Necnon promit
tens pro se et eius heredes et successores dictis An
tonio Jacobo et phylippo pro se et eorum he
redibus et filiis et omnibus ex eis descenden
tibus stipulantibus et recipientibus predictam
manumissionem solonem et omnia et
singula supra scripta perpetuo firma
et rata habere et tenere observare et adimplere
et non contra facere vel venire per se vel alium
aliqua causa vel ingenio de iure vel de facto
sub pena C. lib. imperialium stipulatione in sin
gulis capitulis huius contractus in solidum
promissa et pena soluta vel non predicta omnia
et singula firma perdurent. Item reficere
et restituere eis omnia et singula dampna
et expensas ac interesse litis et extra pro quibus
omnibus et singulis firmiter observandis
obligauit eis omnia sua bona. Vel sic, ut
6 Dominus Conradus uoluntarie libertati
tradidit atque dedit alia forma.
sibi Ymelie uxori condam Johannis et petro et
berte suis filiis et eorum omnium filiis et libe
ris masculis et feminis tam presentibus
quam futuris libertatem puram se
cundum usum ciuitatis romane quos
omnes et singulos et eorum filios et liberos mas
culos et feminas tam presentes quam fu
turos a sua potestate manu dominio et ab omni con
ditione ac grauamine operis et operarum im
positione nunc et in futurum auctoritate patronatus
et reuocatione propter ingratitudinem obsequia cuiusque
ingratitudinem perpetuus liberauit et ex
emit. remittens eis omne ius patronatus
et restituens eos natalibus antiquis et iuri
genuitatis necnon dans eis et cuique ipsorum
totum eorum peculium a rebus domini se
paratum et tribuens ipsis et cuilibet eorum
puram et meram libertatem et generalem
administrationem rerum eorum ita quod sine a
liquo obstaculo seruitutis et domini manu
missoris et suorum heredum et cuiuslibet alte
rius dicti dicte possint emere uendere donare
contrahere ac pacisci in iudicio stare testamentum
facere et omnia et singula facere ac liberaliter
exercere que quilibet ingenuus roman
cuius liber homo pater familias et sui iuris
facere potest ac si ab ingenuis parentibus
nati essent. perpetuo etc. ut supra. Instrumentum
Dominus boetius emancipationis
coram presentiam domini Scarauelli iu
dicis et assessoris domini R. de villa potis bon. con
stitutus antonium eius filium ibidem pre
sentem et uolentem et petentem a se ema
cipauit et a sacris sui patris eum penitus
relaxauit. Necnon a sua manu et patrie
potestatis penitus exemit et dimisit
eum idem ita quod sine patrie potestatis obten
tu possit ex nunc testari agere contrahere
ac pacisci et omnia et singula facere tam
in iudicio quam extra ac liberaliter exercere
que quilibet pater familias et sui iuris
facere potest. Qua quidem emancipatione
facta dictus dominus boetius in premium
emancipationis eidem dedit et tradidit
ipsi antonio unam domum positam
in tali loco iuxta tales confines. etc. cum
omni iure et actione sibi ex ipsa re aut ipsi rei
pertinente. constituens se rem ipsam predicti
antonii nomine possidere usque quo
ipsius rei possessionem accepit corporalem
quam accipiendi sua auctoritate et retinendi
deinceps ei licentiam omnimodam de
dit. promittens pro se et suos heredes dicto eius fi
lio a se emancipato pro se et suis heredibus
stipulatione predictam emancipationem et traditionem
et omnia et singula supra scripta firma
et rata habere et tenere et non contra facere uel

uenire aliq rone ul' eis teuire ul' defco
sub obligate suor bonor. Quib; oib;
sic pactis dns iudex suam 7 ois bon;
auctoritat. imposuit 7 decretum.
Nota q etiam auus nepotem ex filio
pot emancipare. cum illum habt i sua
potate. 7 hoc uerum e si filium habeb
at in sua potate. aut si ipse nepos na
t ul' ceptus erat an quam pat suus
eet emancipatus. 7 q dcm e de nepote
intelligas de pnepote 7 deinceps. Instio
a Ego olim tutele testamentarie.
Antonius in ei testo scripto ma
n tal not. dnm coradum tutorem do
minico 7 iohi ei filiis reliquisset. ide;
dns coradus an psentiam dni scacha
uelli iudicis 7 ass. dni. R. de ulla pota
tis bon constitutus eam dein sibi petiit
tutelam ipsius iudicis auctate decerni.
Igitur ipso iudice deam sibi decnente
tutelam pmisit. Item dns coradus
michi. R. not. infrascripto stipulanti
7 recipienti uice 7 noie pupillor dco
rum 7 corpalit iurauit ad sca dei eua
gelia omnia 7 singla ipis pupillis u
tilia face 7 inutilia ptermittere ipor
q; psonas 7 res ad comodum 7 utilitate
ipor bona fide custodire 7 saluare. 7 i
uetarium de reb; eor face 7 adminstra
tois sue debito tpre redde ronem cu;
integra resi duor consignatoe. Saluo
eo q uti semp ualeat uitate. Cete;
dcs iudex ipi actui legittimo suam
7 ois bon auctoritatem iposuit 7 d
ctum. Nota q tutor testari no
tenetur fideiussorem prare quia fide
ei 7 diligentia approbata e a testatore. I
tem nota q si testator libauit 7 absol
uit tutorem ne teneetur redde rone;
administratois tunc non facies eum p
mittere nec iurare posse de rone redde
da. Sz pt quam dxis 7 inuetarium de
reb; eor face ita contimuo subiunges
Ratoem uo administratois redde
cum de ipa a testatore fuit absolut.
n aliut quam deuire debuit tenetatu.
b Nos Ianus Instim tutele da
Scachauellus tiue. R. cccco.
iudex 7 ass. dni. R. de ulla potatis. bo.
cognito q dnico pupillo filii. q dam
antonii nemo fuit testarius tutor
relict. 7 etiam q hii qui ut legittimi
fuant. a dimittendi excusati sunt 7 ro
nabilit absoluti. cytatis agnatis et
cognatis eidem pupilli qa omni eor
testimonio 7 approbatoe inuenit dnm
coradum ad ipius pupilli tutelam
gerendam mag ydoneum. I deo dcto
ipm dnm coradum dco pupillo tuto
rem constituit 7 dedit. Qua ppt idem
tutor pmisit michi. Ro. not. infra
scripto stipulanti uice 7 noie dci pupil
li 7 corporalit iurauit ad sca dei eua
gelia omnia 7 singula ipi pupillo uti
lia face 7 inutilia ptermittere ipius
q; psonam 7 res ad comodum 7 utilita
tem ei bona fide custodire 7 saluare. 7 i
uetarium de reb; ei face ac administra
tois sue ronem tpre debito reddere c
integra resi duor consignatoe. saluo
eo q uti semp ualeat uitate. Insup
dci tutoris pcib; 7 mandatis dominus
phylippus pmisit michi not. noie
dci phylippi stiplanti se facturu 7 cura
tur q dcs tutor p dca omnia 7 singla
attendet 7 obsuabit. 7 q ipse dns phy
lipp dictum pupillum indepnem s
uabit de omnib; 7 singlis sup dcis 7c.
Post h dcs iudex p dcis omnib; 7 singu
lis suam 7 ois bon om. auctate; itpoit
7 decretu. Instrumentu tutele legittime.
c Nos ... in scachauellus iudex 7 ass.

dnii. R. de villa potestatis bon. dnam ma
thildam matrem dnici pupilli filii
quondam antonii in presentia constitu
tam et eidem filio suo tutelam petentem
et affectantem cum ei ab tutela sibi sui
iuris ordinem deferatur: et ipsa sit in
ea etatis prefinienda eidem pupillo tuto
rem constituit et decernit. Que tutrix pro
misit michi. R. o. notario infrascripto re
cipienti nomine dicti pupilli stipulanti et corporaliter
iuravit ad sancta dei evangelia omnia et sin
gula dicto pupillo utilia facere et inuti
lia pretermittere. ipsius quoque personam et res
bona fide custodire salvare atque. et inven
tarium debito ei facere. et administrationis
tempore debito reddere rationem cum integro
residuorum restitutione. Salvo eo quod uti
semper valeat utilitate. Renuntians ve
leiano senatusconsulto et secundis nup
tiis et omni alii auxilio depositionibus et be
neficiis plene certificata que sit. et quo
dicitur. Insuper dominus filippus de cetera tutrice
precibus extitit fideiussor. demum huic
actui legittimo iudex suam et comunis
bon. auctoritatem interposuit et decretum. c

Instrumentum matris tutricis dominici actoris. R.

D Omina mathelda mater et tutrix dominici
pupilli filii quondam antonii qui propter
debilitatem sexus et persone. vel quia nimis
est a foro iuditiali longinqua vel quia propter
gravem egritudinem et langorem et alia
imminentia impedimenta personaliter
intendere et superesse non valet causis quas
ipsa nomine dicti pupilli habet vel habere in
tendit specialiter cum tali et generaliter est
qua cumque persona tam in agendo quam
defendendo. Iacobum dominum corradinum ibi
dem presentem in dictis causis rerum tamen suarum
periculo constituit et fecit actorem qui ac
tor promisit ipsi tutrici tam nomine suo quam
nomine dicti pupilli stipulanti et corporali
ter iuravit ad sancta dei evangelia omnia
et singula in dictis causis ipsi pupillo uti
lia facere et inutilia pretermittere. et quicquid
ad manus eius ipsius cause vel causarum occasione
pervenerit ei ad integrum consignare. sal
vo eo quod uti semper valeat utilitate. Cui
actui legittimo iudex suam et cetera.
ut supra. Instrumentum curatoris ad causas. R.

D Ominicus adultus filius quondam
antonii ante dominum scachiuelli
iudicis et assessoris domini R. de villa potestatis bon.
presentiam constitutus in causa quam habet
vel habere intendit cum filippo et generaliter
in omnibus aliis causis litibus et controversiis
quas habet vel habiturus est cum aliquo vel
aliquibus tam in agendo quam defenden
do dominum corradinum ibidem presentem sibi
petiit et constituit curatorem. Quo cura
tore ipsius decreto iudicis confirmato. Pro
misit ipse curator dicto adulto et corporaliter
iuravit ad sancta dei evangelia omnia et singula
ipsi dominico in dicta causa et causis utilia fa
cere et inutilia pretermittere. Et quicquid
ad manus eius occasione ipsius cause vel causarum
devenerit ei ad integrum consignare. Sal
vo eo quod uti semper valeat utilitate. Ad h.
andreas ipsius curatoris precibus dicto do
minico de indempnitate omnium predictorum
extitit fideiussor. Preterea dictus iudex ipsi
actui legittimo suam et comunis bon. auctoritatem
interposuit et decretum. Instrumentum curatoris generalis

adultis ad causas et ad negotia. R.

D Ominicus adultus filius quondam antonii
ante dominum scachiuelli iudicis et assessoris domini R.
de villa potestatis bon. presentiam constitutus
in causa quam habet cum tali et generaliter in omnibus
aliis causis litibus et controversiis quas habet
vel habiturus est cum aliquo vel aliquibus
tam in agendo quam defendendo et tam in
criminalibus quam in civilibus et omnibus eius
negociis tractandis et gerendis dominum co.

ibidem presentem sibi decerni et constitui pe
tiit curatorem quo curatore in predictis
et quolibet predictorum ipsius decreto iudicis
confirmato promisit ipse curator dicto domino
... et corporaliter iuravit ad sancta dei euangelia
omnia et singula dicto adulto in causis et nego
tiis eius utilia facere et inutilia pretermittere
ipsiusque bona et res fideliter custodire et sal
uare. et inuentarium secundum iuris ordinem
facere. et curare atque administrationis sue cum
integra restitutione et consignatione omnium
eorum que per dictorum occasione ad ipsum peruenerint
reddere rationem saluo eo quod utilis semper ua
leat utilitate. Insuper andreas ipsius cura
toris mandato dicto dominico de in demp
nitate omnium predictorum extitit fideiussor.
Tandem dictus iudex predictis omnibus et sin
gulis suam et communis bononie auctoritatem interpo
suit et decretum. Instrumentum curatoris dati

Dominus bonis alicuius absentis
Scilicet iudex uellus iudex et indefensi.
et assessor domini R. de villa potestatis bononie. cum
antonii ipso ad plurium debitorum creditorum
petitionem citato et eius defensione legittime
proclamata non comparuit ipse nec ali
cuius ul' aliter pro bonis eiusdem antonii ab
sentis et indefensi dominum conradum ibidem
presentem decreuit et constituit curatorem.
Qui curator promisit michi R. o. notario
infrascripto stipulanti et recipienti uice
et nomine dicti antonii et bonorum eius et corpora
liter iurauit ad sancta dei euangelia dicta bona fi
deliter et diligenter perquirere inuestigare
defendere custodire et saluare. et omnia et sin
gula in ipsis bonis utilia facere et inutili
a pretermittere. et inuentarium de ipsis bo
nis facere. Nec non administrationis et cure
ipsorum bonorum secundum iuris ordinem reddere ratio
nem. Saluo eo quod utilis semper ualeat utili
tate. Insuper andreas ipsius curatoris
precibus michi notario recipienti pro ipso anto

nio et bonis eius de predictis omnibus et singulis
extitit fideiussor sub obligatione suorum
bonorum. Cetera idem iudex et cetera ut supra. Si filius fa.

Dominicus bononiensis ciuis et allegans
adultus filius patris absentiam petiit et
antonii in presentia ipsi curatorem dari sic
Dominus sca. iudicis et assessor domini R. de uilla sc.
potestatis bononie constitutus licet patrem habeat
absentiam tamen patris allegans petiit
conradum curatorem quem habet uel habere intendit
cum filippo curatorem constitui et decerni.
Quo curatore ipsius decreto iudicis con
firmato promisit ipse curator dicto dominico
et corporaliter iurauit ad sancta dei euangelia
omnia et singula ipsi curatore utilia facere et in
utilia pretermittere. et quicquid ad manus
eius peruenerit. ut supra in instrumento cur
adultis. Unde nota quod filio familias
praesente intelligitur non datur curator
sed datur solummodo curatore. Si uero dabitur curator
Dominicus tutor impuberi excedenti
impuberes tamen infantiam et habenti tuto
rem maiorem tamen infantie recusanti immineat ei causa
filii eius. antonii tutore curatores ita scribes.
et cum habens uel habere intendens cum phi
lippo ad dominum sca. iudicis et assessor domini
R. de uilla potestatis bononie presentiam constitu
tus sibi in dicta causa dominum conradum ibi
dem presentem sibi petiit curatorem consti
tui et decerni. quo curatore ipsius decreto
iudicis confirmato promisit idem curator
dicto dominico et corporaliter iurauit et cetera ut supra
in instrumento cure adultis. Si autem dabitur curator

Dominicus pupillo habenti tutorem
pupillus filius sed negotium circa ipsum
dominum antonii quia cum tutore habiturus.
domino conrado eius tutore ad domini sedem prae
turus sum de bonis communibus inter eos uel sic quia
cum domino conrado eius tutore causam habiturus
est ad presentiam talis iudicis constitutus
sibi petiit dominum martinum eius patruum

sup dca diuisione. aut in dca ca dedu et
ostitui curatorem. Quo dno matio
curatore dco pupillo sup pdcis ipius
decreto iudicis ostituto pmisit ipi dnm
cosi maior infante fuit. et si minor i
fante fuit. dices pmisit michi not p
ipo stipulanti. etc. ut in instro cure ad
cus. Ceterum nota quod aliqn datur cu
rator pupillo tutorem non ydoneum
hnti et etiam pupillo qui tutorem
absentem ht. Item datur curator pup
illo in locum tutoris excusantis se de
tutela ad tps usque quo ueniat illud
tps sit curator quorum curatorum instra
ex antecedentibus sumi poterunt.
Item nota quod datur curator mutis sur
dis furiosis mentecaptis prodigis. et p
petuo morbo laborantibus quorum curato
rum instrm sic incohabis. dns. s. ca. iu
dex et ass. dni. p. de ulla potis bonon.
cytatis agnatis et cognatis dnica mu
ti et surdi filii q. antonii creditorum omni
um approbatione et testimonio dnm co
radum eius patruum circa administratio
nem et curam psone et rerum dca dnica mag
nu et ydoneum eum dnm coradum
ipi dni constituit curatorem. qui cu
rator pmisit et iurauit. etc. ut sup in
instro tutele nomine tutoris in curatorem
mutato. Item aliqn datur curator
uentri. sed quia hoc instrm raro ad exerci
tium uenit. io illo omisso ad utiliora
ueniendum est. Instrumentum inuentarii
In noie confecti a tutore. etc.
patris et filii et sps sci amen. Corad
tutor constitutus et decreto iudicis co
firmatus dni co pupillo filio et
heredi q. dam antonii ut patet
instro sup decreto eius tem tutele
scripto manu tal' not. sciens ad
inuentarii confectionem debonis et rebus
ipius pupilli fin iuris ordinem se teneri.
psens inuentarium mox post quam insti
tutus et confirmatus fuit tutor de bonis rebus
ditis et debitis atque noibus debitorum here
ditatis q. dam dci antonii et ipius pup
illi. Inceptum sub anno dni millo du
cent. quinquagesimo sexto indict. quarta
decima die undecimo intrante aprili.
In hunc modum pmisso uenabili sce
crucis signaculo facere parauit. In pri
mis quidem dixit et asserit in bonis et he
reditate pdca se inuenisse duo sclinea
et tot uegetes et tantum frumentum et tan
tum uinum et sic de singul' ponendo p
mo res mobiles secundo res imobiles
scilicet domos et terras designatas p loca
et latera tercio et ultimo credita et debita.
Sciendum est nota quod curatores generales eti
am de reb et bonis adulti seu muti uel
surdi et similium psonarum et etiam curato
datus uentri. et curator datus bonis absen
tis et indefensi debent inuentarium fa
cere simuli modo et forma mutato noie
tutoris in curatorem et noie pupilli i
nom adulti seu muti et tenore nego
tii. et tam tutores quam curatores debet
inuentarium conficere mox quam fuerint co
stituti. id est quam cito possunt. et debet scri
bi dies in qua inchoatur inuentarium et
dies in qua terminatur sed legitur inue
tarium coram testibus fit. et nichilominus
non inuentarium ab herede. quod quidem i
uentarium faciat aliquis ex testo uel ab in
testato heres ne in consulte adeat heredita
tem et ex hm modi inuentario consequitur
hoc beneficium quia ultra modum ultra
uires hereditarias creditoribus hereditariis
non tenetur. Et etiam consequitur falcidiam.
Verumtamen hoc inuentarium debet icho
ari in. xxx. dies post quam se heredem esse
cognoscet. et infra alios. lx. terminari

si fuerint res hereditarie uel maior pars me
a tempore puntia. alioquin infra annum
a morte testatoris heredi scientie mortem
testatoris. Et debet heres propria manu si
gnum crucis preponere. preterea debet conuo
care coheredes legatarios fideicommissarios et
creditores hereditarios qui si non fuerint aliqui
uel si fuerint tamen eius interesse noluerint ad
hibendi sunt tres diuites et boni homines
illius terre uel ciuitate in quorum presentia hoc
fiat. et debet primo scribi maiora et me
liora deinde uiliora et postmodum credita
et debita. quod inuentarium fit secundum formam
inferius scriptam. Instrumentum inuentarii ab

a Ego dominus talis filius heres condicti.
condam antonii ab ipso patre suo i
eius testamento heres institutus fuit et relictus.
idem dominus casu uolens non insulte se de
beneficio inuentarii hereditati ipsi se in
miscere ne ultra uires hereditarias tene
atur. et ut beneficium ex hoc inuentario
deinde debitum sibi ad integrum res
netur. Venerabili signo crucis ante pro
pria ei manu preposito legitariis insu
per fideicommissariis et creditoribus heredi
tariis citatis et presentibus .s. domino tali et
domino tali presens inuentarium de bonis
ipsius hereditatis in hunc modum facere
procurauit. In primis quidem asserit se i
uenisse in dicta hereditate unam domum
positam in tali loco infra tales confines.
et c. ponendo res immobiles et cetera omnes de
inde immobiles et uiliores postmodum
credita et debita quibus positis dicens ita lec
tum et completum fuit hoc inuentarium
in tali loco. sub anno domini millesimo. et c.
presentibus talibus testibus. Nota tamen quod sin
ordinem unus quam dam sollempnitatem
seruante esse intelligendum uidelicet quod aut se subscri
bet heres aut si ignarus sit litterarum uel
scribere impeditur specialiter tabulario ad hec

solummodo adhibendo mandare debet per se lit
teras supponere. et quod intersint testes qui he
dem cognoscant. Sed ista ut plurimum re
pugnante consuetudine non seruatur. In

b Dominicus Instrumentum quomodo suus heres ab
filius condam antonii hereditate abstinet.
an domini scachauelli iudicis et assessoris domini
potestatis. de illa potestatis bononie presentiam constitu
tus quia hereditatem condam dicti patris
sui sibi ex ei testamento delatam. uel
sic quia hereditatem condam dicti patris sui
a se ab intestato spectantem sibi credit
fore dampnosam ne a creditoribus ipsi
hereditatis uel ab aliis quibuscumque occ
casione hereditatis eiusdem pulsetur ma
liquo uel grauetur ab eadem heredita
te omnino abstinuit. et ipsam et omne ex
ea comodum et incomodum penitus
recusauit. Instrumentum quomodo extraneus heres

c Dominicus hereditatem repudiat.
condam antonii ante presentiam talis
iudicis constitutus quia hereditatem condam
coradi sibi ab ipso corado in eius testamento re
lictam credit sibi fore dampnosam
hereditatem ipsam repudiauit omnino. et omne
comodum et incomodum ex eo penitus
recusauit. Igitur nota quod ille dicitur
heres suus qui erat in potestate defuncti
et hic si hereditatem non uult debet se
abstinere. ut in priori carta si autem
ipsam recepit debet se immiscere. extra
neus uero dicitur qui non erat in potestate
instituentis et hic si hereditatem non
uult debet omnia repudiare. ut ex secunda
carta. si autem ipsam recepit dicitur eam
adire. Et sic non debent immiscere uel absti
nere est suorum heredum adire. aut uel re
pudiare extraneorum heredum est. Instrumentum

d Dominicus rationis administrationis
filius condam antonii fuit reddite. et c.
confessus et contentus domini coradum condam

ipsius tutorem rationem administrationis sue super omnibus eo quod administravit aut administrare debuit in bonis et circa bona eius occasione ipsius tutele plene ac aperte ostendisse et reddidisse eidem. visis inspectis ac cognitis actibus et scripturis administrationis eidem. Et quod integre dedit restituit et consignavit sibi omne id et quicquid ad eum pervenit de bonis suis et rebus ipsius occasione administrationis dicte tutele quam fecit et facere debuit in bonis et circa bona sua. et ipsum illud in debet quod in reliquis et residuis fuit. et ipsi omnia reliqua et residua et omnia et singula instrumenta libros et rationem ei approbans ratificans et confirmans ipsos actus rationes et scripturas et quicquid gestum et administratum est per ipsum Conradum in bonis et circa bona ipsius domina. et omnes et singulas solutiones dationes et pacta et contractus occasione dicte tutele factos ab eo. Quapropter pro se et suos heredes promisit dicto domino Conrado pro se et suis heredibus stipulanti quod non petet ab eo vel eius heredibus aut alio pro ipso aliquid occasione dicte tutele vel administrationis facte vel faciende bene vel male geste. aut quod reddat ei de dicto rationem vel quod reliqua prestet. et quod nullo tempore dicet vel opponet quod ratio non sit reddita et reliqua integra prestita. et nullam aliam contrariam exceptionem vel defensionem seu negationem iuris vel facti contra aliquod predictorum vel infrascriptorum in aliquo faciet vel opponet. quod ratio non sit ei reddita et reliqua integra prestita. faciens eidem domino Conrado pro se et suis heredibus recipienti finem et refutationem et pactum de ulterius non petendo de omni eo quod ab eo vel eius heredibus petere posset occasione dicte tutele vel administrationis bene vel male geste. seu alia quacumque ratione vel causa. Et liberans ac absolvens eum et eius heredes et bona per acceptilationem et aquilianam stipulationem legittime interpositam. Renuntians exceptioni non numerate tradite consignate et restitute rei et exceptioni doli et condictioni sine causa in factum actioni et omni alii auxilio. Que omnia et singula supra scripta. Item dominica pro se et suos heredes promisit dicto domino Conrado pro se et suis heredibus stipulanti firma et rata habere et tenere et non contra facere vel venire per se vel alium aliqua causa vel ingenio de iure vel de facto sub pena. C. librarum imperialium stipulatione promissa in singulis capitulis et cetera. de pena et refectione dampnorum et obligatione bonorum. in fine facies eum iurare more minorum.

Instrumentum procuratoris

Antonius fecit constituit ad causas et cetera. et ordinavit Conradum ibidem presentem et infrascriptam procurationem sponte recipientem. Et Andream licet absentem et quemlibet eorum in solidum ita tamen quod non sit melior conditio occupantis suos procuratores actores et nuntios speciales in causa quam habet vel habiturus est cum Phylippo coram tali iudice ad libellum recipiendum seu offerendum litem contestandam exceptiones proponendas terminos et dilationes petendas et recipiendas testes et instrumenta producenda et alterius partis videnda et reprobanda suspectos dicendos. iudices eligendos et recusandos sententiam audiendam appellandam committendam prosequendam. et omnia et singula facienda que merita causarum exigunt. et que et ipse met facere posset. Promittens se firmum et ratum habiturum quecumque dicti procuratores aut alter eorum circa predicta vel aliquod predictorum duxerint facienda.

Nota quod aliquando dominus procuratorem suum relevat ab honere satisdationis et fieri potest in ipso eodem instrumento posito enim toto tenore istius predicta subsequenter dices. Et quia voluit dictus Antonius ipsum procuratorem suum relevare ab honere satisdationis promisit michi

Rolandino notario infrascripto stipulanti
uice et nomine omnium eorum quorum interest
uel interit de iudicio sisti et iudicato soluendo et quod
tempore sententie recitande in iudicium ueniet
si opus fuerit et comode fieri poterit et omnia
dabit et soluet aduersariis suis, pro omnibus
clausulis que in contemplatione continebuntur
nisi fuerit prouocatum, sub obligatione suo-
rum bonorum. Si autem ista satisdatio
fiet in actis coram iudice scribes eam hoc
modo. Et quia uoluit dictus procurator releua-
ri a satisdatione iudicatum solui, promisit
mihi notario infrascripto stipulanti nomine
dicti philippi et omnium illorum quorum interest
uel interit quod defendet dictum antonium et quod in e-
dolo malo faciet in tota dicta lite et quod tempore
sententie ferende erit in iudicio et soluet iu-
dicatum nisi [illegible] fuerit prouocatum sub
ypotheca rerum suarum. Et pro his omnibus
et singulis obseruandis dictus antonius exti-
tit fideiussor sub obligatione suorum bonorum.

nisi hic ad titulum uenit mandatis sed
puniendo mulctatur et mulctando punit
m. x. lib. bon. ¶ Igitur quoniam in sex di
uersis ciuitatum et locorum statutis diuersa
offitia ordinentur. quorum offitiorum scrip
turas ponere. iuxta humanam intentionem
impossibile foret. hec tamen que in hoc
opere scripta sunt. circa ciuilia et criminalia
iudicia suffitiant prenotata. que si per
fecte quisque tabellio sciuerit certa quorum
cumque offitiorum nisi cor lapideum habeat
plana erunt. Verum quoniam quedam specialiter
occurrunt scripture ex forma statutorum
communis bon. que notariis bononiensibus
utiles sunt et necessarie uehementer.
¶ Ut puta priuilegium septuagenariorum
et debilitatorum et in tradictio bonis prodigi et
etiam licentia representar. ioc. (?) auto (?) tellis
suscipiente et bireantur et intendum. Priui

legium Antonii ante legum quod septuagenarii
presentiam talis iudicis sibi conceditur.
Antonius constitutus septuagenarium fore se asse
rens petit sibi priuilegium ex forma statuti
communis bon. senibus huius temporis debitum
exhiberi. Igitur cum ex aspectu appareat
ipsum antonium in dierum longitudine
processisse. et quia corporaliter iurauit ad sancta dei
euangelia se habere septuaginta annos
et ultra. Idem iudex ipsi antonio qui ex
nunc a personalibus honeribus sit exemptus
et ut in omnibus et per omnia septuagenari
orum priuilegio gaudeat sua et communis bononiensis
auctoritate concessit. ¶ Sed nota quod debilitatis
in seruitio communis conceditur priuilegium isto
ordine. Offert enim debilitatus petitio
nem suam iudici hoc modo. Postulat a uo
bis domine talis iudex antonius boetii quod
cum ipse existens in seruitio et honore communis bononiensis
in prelio debellationis Regis henrici in
ito inter comune bon. et ipsum regem fuit in dex
tra manu grauiter uulneratus ex quo uul

nere ita debilitatus est in membro predicto quod eo
soluta est uirtute priuatus. nec se de eo iuua
re potest. pronuntietis eum gaudere priuile
gio quod est ex forma statuti communis bon. debi
litatis in eius seruitio debitum et concessum
uidelicet eum ex nunc immunem esse a publi
cis factionibus et illa posse habere offitio scilicet
eum esse super guardiam uel custodiam noc
tis uel nuntium communis que ex forma sta
tuti communis eiusdem debilitatis conceduntur.
Qua petitione oblata producet ille antonius
testes qui uiderunt eum in ipso prelio uul
neratum. et etiam producet inde testes me
dicos qui dicant eum debilitatum esse in
dicto membro ex ipso uulnere. deinde habito
consilio pronuntiabit iudex hoc modo. In no
mine patris et filii et spiritus sancti amen. Ego ta
lis iudex cognitor petitionis facte ab anto
nio in huiusmodi. Postulat a uobis
domine tal. iudex antonius boetii. et cetera. et po
sito toto tenore petitionis dices. Viso namque
quod dicto statuto et testibus ab ipso antonio
productis habito quod super hiis consilio sapientis
cum deliberatione sollempni dei nomine inuo
cato iuxta formam eiusdem statuti pronun
tio dictum antonium ex nunc immunem
et exemptum esse a publicis factionibus communis
bon. et posse habere illa offitia que debilitatis
secundum formam statuti eiusdem conceduntur.
scilicet super guardiam et custodiam noctis
aut esse nuntius communis. et in omnibus gau
dere priuilegio quod ex ipso statuto debilitatis
conceditur. ipso antonio et etiam procurato
ribus communis bon. presentibus ad hanc pronuntia
tionem audiendam. Interdicatur autem
bonis prodigi hoc ordine aliquis enim a
micorum eius offeret petitionem suam iudi
ci hoc modo. Postulat a uobis domine talis
iudex antonii boetii quatinus bonis
philippi interdicta publice faciatis et quod
nullus mutuet ei aut pignori det suum

alio quocumque modo contrahebat cum eo cum ipse sit prodigus dilapidando et ptra bonas utendo et in malos usus suam substantiam consumendo. Dominus tamen producet testes quibus probabit qualiter ipse Phylippus male utitur substantia sua et super hiis habebitur consilium alicuius sapientis qui pronuntiabitur ut supra dictum est sub .x. pronuntiatio alicuius consilii super iam dicta questione. Et hac pronuntiatione facta subsequenter faciet inter per preconem pronuntiari tenorem hoc modo. Nuntiamus Stephanus et Oddolinus et Matheolus precones communis Bononie retulerunt se de mandato domini Scarauelli iudicis domini R. de Villa potestatis Bon. exequendo pronuntiationem ab ipso iudice latam per preconia ad decem publice per totam civitatis Bon. interdixisse bonis Phylippi proclamando quod nullus ex nunc mutuet aut pignori det ei. sive alio quocumque modo contrahat cum eo cum pronuntiatum sit eum prodigum esse et male uti substantia sua. Et si quod cum eo contra hoc fiet irritum sit et cassum et omni iure privatum. Ordo et forma represaliarum.

Contingit aliquando aliquem bononiensem civem in iurisdictione alicuius civitatis vel loci depredatum esse vel aliquid debere recipere a communi ipsius civitatis vel aliquo cive et quod non sit ei debita iustitia a communi illius civitatis ponit querimoniam coram suo communi civitatis Bononie. Unde bononiensis rector per litteras suas et etiam per ambaxatores iuxta formam statuti sui requirit et rogat illud commune ut satisfaciat vel satisfieri faciat cum suo quod si non sit tunc ipse civis bononiensis meretur sententiam et licentiam a communi Bon. satisfaciendi sibi super bonis hominum illius terre usque in quantitatem sibi debiti cuius summe forma hec est. Ordo et forma represaliarum.

Cum Antonius bononiensis civis per districtum Ravenne transitum faceret. fuisset in eodem districtu talibus mercationibus suis vel tanta quantitate pecunie depredatus. Vel si cum Antonius a communi Ravenne vel a domino Petro cive Ravenne tantam quantitatem pecunie ex tali causa recipere deberet et diceret. se per multam instantiam nullam ab ipso communi habere iustitiam potuisse. cumque dictum commune Bon. querimonia et petitione ipsius Antonii recepta fecerint dictum commune Ravenne per plures litteras et nuntios et tandem per ambaxatores communis Bononie sollempniter et diligenter requiri ut ipsi Antonio predictas mercationes aut pecuniam restituerent vel restitui faceret. quod facere omnino contempsit. Vel si cum ipsi Antonio dominum Petrum cogeret ipsam pecunie quantitatem exsolvere vel ei debito cum suo contra ipsum Petrum iustitiam faceret. quod facere omnino contempsit. Idcirco nos B. de Villa potestas Bon. habita plena fide tam per testes et instrumenta publica quam nuntiorum et ambaxatorum relationes hec omnia vera esse. et visis testibus quibus ipse Antonius plene probavit se predatum fuisse in districtu Ravenne et predicte pecunie quantitate vel talibus mercationibus valentibus C. libras et dampnum quod ei occasione sustinuit tantundem esse. Et visa forma statuti communis Bon. super represaliis editi que forma tam in requirendo dicto communi quam in omnibus que circa hec fieri debuerit. diligenter et sollempniter est servata. Cum deliberatione sollempni dei nomine invocato de nostra et communis Bon. auctoritate et de voluntate consilii eiusdem communis damus et concedimus predicto Antonio plenam et liberam potestatem licentiam et auctoritatem capiendi sequestrandi detinendi et sibi accipiendi de mercationibus rebus et bonis communis et hominum civitatis districtus et separatis

Rauenne. Ubicumque eam inuenerit in ciui
tate districtu uel episcopatu bon. usque in quan
titatem. CC. lib. bon. pro satisfactione eorum que sunt
in districtu rauenne. ab ea lata fuerint
cum pignore et expensas et cetera ut ibi est usque in fin. Ter
TIO. Tertia pars capituli iudi
Postquam tractatum est super epistolis
pro ut iam locus de in officiis oportu
nis ut illis citationibus iudicis. Ter
tio et secundo qualiter ipsorum iu
ditiorum acta scribantur supra ius
dictum est. Restat nunc tertio de e
pistolis quas dicimus conscribere tabellionibus
in officiis necessarias ualde. Littere cytationis
IACOBUS diuina coram ordina
a permissione bononiensis episcopus nouo iudice ec
presbitero iohanni capellano clesiastico.
ecclesie sancte marie de ... salutem et cetera.
in domino. Presentium tibi auctoritate precipi
endo mandamus quatinus die tali uenias
coram nobis domino corrado in iustitia respon
deresurus. Alioquin contra te procedemus pro
ut exigit ordo iuris. Littere cytationis
PHYLIPPUS ar coram iudice de
chidiaconus executor legato et cetera.
litterarum. P... corrado salutem
in domino. Nouiris nos a summo ponti
fice recepisse litteras sub hac forma.
Alexander episcopus seruus seruorum dei et cetera. ponen
do totum litterarum tenorem quo posito
ita dices. Volentes igitur mandatum
apostolicum exequi reuerenter tibi qua fun
gimur auctoritate mandamus quatinus
per te uel per tuum responsalem octauo die
post receptionem presentium quem termi
num tibi pro uobis edictis et tertio peremptorio
no assignamus apud canonicam sancti pe
tri nostro conspectui te presentes domino antonio
iustitia responsurus. alioquin procedemus
in te prout exigit ordo iuris. Quod si dies tim
nus in diem citatum feriatam sequentem
diem non feriatam tibi pro peremptorio
termino assignamus. Littere cytationis
PHYLIPPUS archi coram iudice sub
diacono bononiensi. de legato. et cetera.
P... corrado salutem in domino
Nouiris dominum henricum a summo
pontifice recepisse litteras in hunc
modum alexander et cetera. Cum igitur ipse
dominus henricus nobis totaliter commisit in
ces suas ut ei tam commissionis publico
instrumento contentis continetur. Vel sic nobis
suas litteras commisit nobis in ces suas ti
bi qua fungimur auctoritate mandamus
quatinus octauo die et cetera ut supra. Littere
PHYLIPPUS quibus contumax ex
archidiaconus communicari mandatur.
bononiensis executor litterarum domini pape. et cetera
dilecto uiro archipresbitero de pastino
salutem in domino. Cum auctoritate
nobis a domino papa commissa corradum de
tali loco coram nobis litteris nostris cytari
fecerimus. Item corradus mandato
nostro deducto penitus in contemptum
termino sibi termino assignato uenire negle
xit. propter quod ipsum contumacem ei exigente
malitia reputantes decreuimus eum ex
communicationis sententie subiacere. Quo circa
ne idem corradus commodum de sua repor
tet contumacia quia nichil humilitas
prodesse uidetur. humilibus si contemptor con
tumacibus non obesset. Discretioni tue qua
fungimur auctoritate sub excommunicationis pena
precipiendo mandamus quatinus ipsum corra
dum singulis diebus dominicis et festiuis cam
panis pulsatis et candelis extinctis denunti
es coram populo excommunicationis uinculo
innodatum donec sue culpe inobedi
entiam recognosceret. et de predicta contumacia
satisfecerit ut tenetur. Si autem mandatum
nostrum neglexeris quod non credimus ad im
plere in scriptis excommunicationis uinculo

in modum. Littere commissionis facte a dele-
H. Anco gato in subdelegatum.
miseratione divina ymolen. episcopus
discreto viro domino Phylippo archidia-
cono Bonon. salutem in domino. Noveritis
nos a domino papa recepisse litteras sub
hac forma. Alexander etc. Cum igitur
variis et diversis negotiis impediti co-
gnitioni et decisioni ipsius cause intendere
non possimus, de vestra prudentia et sol-
licitudine plenius confidentes super ip-
sius cause cognitione tenore presentium
vobis integraliter committimus vices
nostras. In cuius rei testimonium presentes
litteras nostri appensione sigilli fecimus
roborari. Et nota quod aliquando committi-
tur sola cause cognitio usque ad diffini-
tivam sententiam quam delegatus sibi re-
servat. et tunc dices super ipsius cause cogni-
tione usque ad diffinitivam sententiam tenore
presentium vobis committimus vices
nostras eadem nobis diffinitiva sententia
reservata. Item nota quod huiusmodi commis-
sio vel subdelegatio aliquando fit per publi-
cum instrumentum quod ex forma predicta satis le-
viter sumi potest. Littere dimissorie
Sanctissimo que appellantur
patri domino Alexandro apostoli.
sacrosancte romane ecclesie summo pon-
tifici Phylippus Bononiensis archidiac.
se ipsum ad pedum oscula beatorum. Gl
sanitate vestra recepi litteras in hunc mo-
dum etc. Cum igitur ad executionem
mandati vestri humiliter et devote proce-
dens partes easdem coram me legittime
fecerim evocari. Item Antonius in cause
processu sub hac forma vestram audientiam
appellavit coram vobis domine Phylippe
etc. ponendo appellationis formam. Ve-
rum sanctissime pater communicato consilio
sapientum ipsi appellationi non duxi aliquatenus
deferendum. nec ipsum Antonium
ab examine meo audivi revocari. Prefi-
xi eidem ut usque ad .xx. dies cum huius
litteris vestro se conspectui presentaret. In cuius
testimonium presentes litteras proprii si-
gilli munimine roborari. Littere ut a
Nobili et prudenti domino quod absens est cau-
viro domino Phylippo in nomine lis est con-
potestati Mediolani. R. de testata recipi
villa potestas Bon. salutem et ad te calumpnia
sincere dilectionis effectum. iuramentum.
Andreas procurator Antonii civis vestri super
libello quem presentibus mittimus interclu-
sum cum cotaro cive vestro est litem sub
domini Petri iudicis nostri examine contestatus.
Verum quia ut lis sine suspitione procedat
necessarium est principalem personam prestare
calumpnie iuramentum dilectionem tu-
am amicabiliter requirimus et rogamus.
quatinus ab ipso Antonio super ipso libello
secundum ordinem iuris iuramentum calump-
nie recipi facientes. Receptionem eandem
in publicam formam fideli tabellionis
manu redactam nobis per latorem presen-
tium transmittatis. Littere ut testes dica
Nobili viro sua presertim coram
domino P. potestati illo iudice dicant
Mantue. R. potestas Bon. iurisdictione sint.
salutem ad votum. Inter Antonium et
cotarum sub examine prudentis viri domini
M. assessoris nostri agitur causa quedam in qua
idem Antonius ad sue intentionis probatio-
nem legittimam quosdam ut asserit
vestre iurisdictioni subditos testes habet. I-
gitur ne iuris executio probationum defec-
tu vel occultatione pereat vestram prudentiam
vestram intenta prece rogamus quatinus
citatis hiis quos ipse Antonius vel procu-
rator eius vobis duxerit nominandos iur-
amentum eos subire cogatis ac super in-
tentione vestra presentibus interclusa suo

10

ipsius iuramenti fide uallatam testimonium
perhibere ipsorum testimonia per fidelem recepta
tabellionem et in publicam formam
redacta nulli quo ad presentium cognitionem por-
ta nobis sub uestri secreto sigilli quam totum
transmittentes. Littere responsiue ad

a Multiplicate uirtutis predictas.
Domino R. potestati bononiensi P. potestas
mantue suum regiminis feliciter progressum
et exitum cum salute. Precibus uestris illam
et grato intendentes affectu eos quos
antonius ciuis uester producere uoluit ad no-
stram cytatos presentiam inferendo te-
stimonio super intentione transmissa sub-
ire coegimus iusiurandum. Et ecce sub
ipsorum attestationes et dicta per fidelem recep-
ta notarium in forma publica sub nostri
impressione sigilli prudentie uestre per ipsum
latorem presentium destinamus. Littere

b Magne requisitionis alicuius co-
nobilitatis minus uel satisfaciatur
prudentie uiro domino P. potestati de precato.
Consilio et communi rauenne. B. potestas bononiensis salutem
et uotiuorum successuum ubertatem. Po-
tenti et [illegible] ciue nostro domino antonio nu-
per tuta fiducia per [illegible] dictionem uestram ui-
rum amplius quam in nostra suspicabatur
insidias transeunte occurrerunt ei latro-
nes in facie qui equo pecunia et rebus ali-
is quas habebat fuerunt cum ipsius
amare querele narratione didicimus depreda-
ti. Cum igitur enormitas huiusmodi
contigit qui est sub manus uestre curare
gendus dignum est ut de manu uestra ip-
sius enormitatis condigna satisfactio re-
quiratur. Itaque dilectionem uestram a-
micabiliter requirimus et instanti prece ro-
gamus quatinus eidem ciui nostro sic ab-
lata si placet expedite ac integre resti-
tui faciatis quod ipse dignam restitutionem con-
tus si de causa uoluit de recuperatione letetur.

et nos uobis semper ad gratias et gratiarum multas
obligamur. Scientes pro certo quod si preces nostre
petentur quod non credimus in hac parte
repulsam. Licet inuite coacti tamen ex spe-
ciali nostri regiminis iuramento prouide-
bimus contra uestrates in temporalitatibus ci-
uis nostri. Vel sic de simili requisitione sed su-

c Uenerat in ciuitatem per alio casu salu-
tatem uestram in ciuitate omissa.
bitabili fiducia cum mercatoribus
suis et rebus dominus antonius potens et ciui-
simus ciuis noster sed uos prout ipsius nar-
ratione didicimus ad ciuitatem uestram conci-
uis petitionem cui aduersus nos et nostras
represaliarum licentiam contulistis mer-
catores et res ipsas auctoritate fecistis p-
pria sequestrari. Uerum cum uirtutis
egregie sit amicitiam sibi fidelem acqui-
rere graue tamen habitam conseruare. Sed grauis-
simum reparare corruptam. Et ex huiusmo-
di represaliis etiam inter communia una dilec-
tionem coniuncta sepe caritas refrigescat et con-
surgat aliquando scintilla que cum pullulat.
amantur omnis et iargonis(?) caram dilec-
tionem uestram instanter requirimus et rogamus
quatinus licentia contra nos ciui uestro exhibita
non obobstante quam manifeste credi-
mus obtentam fuisse cytata uestrate. Ue-
litis mercatores et res predictas ipsi domino a-
tonio libere relaxare. Ne propterea in a simi-
li contra uiros insurgere compellamur.
quod ex speciali uinculo sacramenti committere
non possemus. Item alia de requisitione

d Uir prudens ut fiat expeditum
dominus antonius lator presentium scitia.
[illegible] ciuis noster quosdam habitantes
uiros ut ex publicis apparet documentis
in quadam summa pecunie debitores qui
pro solutionis diu dum elapsum terminum
et requisitionem instantem contra promissi-
onis et pacti fidem usque adhuc solue-

contempserit. Cum igitur rigori iuris
plerumque sit equitas preferenda nec
dicatur iustitie preiudicium fieri si aliquando
de stricto iuris ordine pretermisso dum mo-
do ueritas facti non cedat in recte decisionem
cuique quod suum est. cursu celeri prouidentiam.
Prudentiam uestram multis precibus ex-
oramus quatinus eosdem tamen ciues nostri
debitores sic expedito processu eidem sa-
tisfacere compescatis ne ipse dominus actor
ductus per prolixas litis angustias quam
fiat ex desperatione resiliat et omisso foro
rei proprium sui actoris forum qui turbato
iuris ordine ultimo remedio petere
compellatur. Dubiam non ciuitatis mu-
nicipalis nostri iuris ordine petio sua
contra ... tes in rem iudicatam quam cito
se facultas offerret pertransibit et contigit
fortassis sicut in consimilibus moris est quod
aliquis ex ciuibus qui culpam non commisit
ferret penam. Responsiua que generaliter ad quoli-
Diuina man bet potest predic
dat auctoritas quod proxi tari trium.
mum suum unusquisque diligat ut
seipsum nichil in obseruantia caritatis si-
bi homine ultra petens. Cum igitur ciuita-
tes et uniuersitates nostri regantur sicut ceteri hominum
legibus et statutis sic eodem iuris et equi-
tatis beneficio prosequimur ceteros homines
quo nos ipsos. et sic quod nobis facimus aliis
impertimur. iam nichil est quod diuina uel
humana ratio plus requirat. Itaque
ut desit nobis omnis contra nos calumpni-
andi materia certe cum uestro eodem ordi-
ne potentia quo regitur uita nostra plenitudinem
tudinem offerimus uobis quam admodum
fieret uobis ex potentioribus terre uestre ad-
dentes etiam quod quecumque humanitatis exigere
potuimus iustitia tamen et honestate seruata
impertiemur eidem. Littere ut comites
arbitri eligantur pro questionibus sedandis.

Licet hostis humani generis nostre semper
unitati discordiam caritatis insufflet et sug-
gerat quantum potest quod dulce ecclesie dilectionis
quam inuicem iungimus amarescat non
tamen qui eum cognoscimus talem hostem
qui non potest uincere nisi uolentem debe-
mus ei sincera et integra resistere uoluntate
ac amorem qui inter nos est timore sol-
licito conseruare. nempe quia scriptum est
res est solliciti plena timoris amor. Dolen-
tes itaque quod actione represaliarum quantum
uestra ad uos et uestra ad nos consuetus interditur
accessus quod damnis inflictus ex quo
mutuis priuari obsequiis et profec-
tibus consuetis decernimur si prudentie uestre
placet. quod aliqui utriusque ciuitatis in-
ter prudentes arbitri constituantur in me-
dio qui causas represaliarum ipsarum ab ipsa radi-
ce discutiant et perquirant et credendo u-
nicuique quod est suum omnem diffiniant
questionem. ut pacis discordiis sumimus
reducant in statum pristinum pacem
nostram. Itaque si hec statuitis faciendum
certum locum nobis rescribatis et diem super
quo huiusmodi arbitri simul adsint. Littere
Nobilibus et generales quibus omnes ad
potentibus uiris nundinas inuitantur.
potestatibus rectoribus et consilibus ciui-
tatum atque locorum ad quos presentes littere per-
uenerint. amicis dilectis. R. potestas et con-
silium salutem cum felicitate ... Iux-
ta morem ciuitatis antiquam consuetudinem
generales a dominica ... celebrare
brare nundinas disponentes uniuersos
ad easdem uolentes mercatorum causas
uenire exceptis hiis qui non sunt digni con-
uictu fidelium uidelicet latronibus pre-
donibus falsariis hereticis et bannitis pro
maleficiis nostris quorum nolumus admix-
tione fedari mercatores ... et uocatos
dos omnibus et singulis mutatis plenam i-

personis et rebus securitatem et fiduciam .xv.
diebus ante principium et toto ordine post finem
et toto tempore nundinarum nullis represaliis
obstantibus quibus silentium imponimus
quas [illegible] inefficaces et irritas infra dicta
tempora decernimus accedentes. Quam igitur
dilectionem vestram instanter requirimus et precamur
quatinus predictas vestras per bona vice hoc
publicum et notorium facientes univer-
sos ad ipsas nundinas exceptatis quos
excepimus invitetis facientes de huiusmodi
provocatione latori presentium fieri et dari pu-
blicum instrumentum. **Littere quibus aliquis iudex ro-**
PR. Vicenti **gat ut pres et facultates**
provido viro iuris perito domino p. **condempnati sententia-**
Pynole potestati .M. bononiensis **ab exequatur.**
potestatis assessor salutem. ad vota.
Ut diffinitivam sententiam pro Antonio ad-
versus Coradum super actione personali lata
executioni secundum iuris ordinem demandari auc-
toritate officii mandaverim ipsi Coradi
bona in iurisdictione vestra diligenter exequi fe-
cimus et perquiri. Sed nullis repertis ubi
pro eo dicitur in vestra iurisdictione ipsius
Coradi aliqua bona fore. Cum igitur ad
nos secundum iuris formam huiusmodi sit re-
latio facienda. Prudentiam vestram atten-
te rogamus quatinus eandem sententiam ad
ipsius Antonii petitionem in ministerium
iuris pres et facultates condempnati ex-
equamini sicut decet. **Littere ut aliquis**
Potens et nobilis **fur cui restitua-**
cavis(?) noster dominus .co. **detineatur. et mit-**
quendam servientem nequitia **tatur. p.x.**
habebat qui dum exterius fidem
domesticam ostentaret. gerens tamen interius
latrocinii facinore cor corruptum nocturno
silentio quendam domini sui equum ferentem
furtive subripuit fugiens cum ipso ad
vestram ut accepimus civitatem. Verum quia
cum ministri iustitie recitantes in delictor-

pulsorum ad reprimenda huiusmodi transgres-
sorum nequitiam sibi invicem quotiens
opus est in decus et decorem iustitie mu-
tuis subministrare auxiliis teneantur.
Prudentiam vestram instanter requirimus et
precamur quatinus ad inquirendum in iuris-
dictione vestra de furtive predicto latori prese-
ntium aliquos ex vestris fideles et sollici-
tos adiutores. et esse super hoc necessarium
auxilium impendentes furem ipsum si
reperiri contigerit cum re furtiva captum ad
nos sub fida custodia si complacet remit-
tatis ut ubi deliquit ibidem debitam
sibi secundum iuris ordinem recipiat talio-
nis(?) licentiam. **Littere quibus alicui nobili potestatie**
Multi pluralitate fidei **nuntiatur electio.**
Mac examinate virtutis domino o. Al-
lamano de laturre. R. de villa potestas
consilium et commune bononie salutem et prosperos ad
vota successus. Licet in latitudine
libertatis naturaliter conditio suspiret
humana. quia tamen ut plurimum examine
rationis omisso in precipitium prosiliens la-
bitur voluntatis oportet ut eius vincu-
lis discipline restricta sub iugo domini o-
bedientie collum ponat. et ut homo pre-
feratur hominibus ad mores illicitos
coercendos iustitie refrenatos. Hinc est quod ho-
die plus solito propter corruptas affectiones
hominum et invalescentes nequitias prius for-
mi(?) nichil potest inveniri quam populo esse beatius
nichil maius quam bono duce provido bene
duci. Cum igitur hinc rei sollicitudine
multa providerent nostro regimini dignum
preferre rectorem per brevium sollempnita-
tem iuxta municipalis observantias le-
gis nostre viros fidelissimos et prudentes
electionis auctoritas forte venit. Qui vir-
tuosos et tales viros et huiusmodi dignos
offitio prelature sollicita examinatione
querentes tamen considerationis virtutibus quas

in uobis affluentur adeo omnium predicatio
primo celebris et communis presentium uitam a
kalendis ianuarii proxime uenturis ad unum
annum nobis et ciuitatis nostre in potestatem
rectorem et dominum electione concordi et una
nimi perfecerunt. Quapropter cum ex ipsa e
lectione sit ponimen medium mirabi
liter satisfactum affectionibus cordis nostri
eo quod scimus uos adeo uirum doctum ut
sciatis equa libra ponere iuditium in
ponte ac iustitiam in mensura et iniu
dicium facinorum iustitie uibrare gladi
um tam prudentiam et donationem uestram
instanter et instantissime in litteris presentibus
exoramus quatinus regiminis nostri locum
et offitium quod uobis ea cordis affectione
quam nulla maior offerimus si placet cum
salario duorum milium librarum et cum illis
conditionibus quas tam ea uobis
publica forma quam per latorem presentium
mittimus quam alia communis nostri statuta
declarant illarum et libaliter admittatis.
Secreti atque quatuor iudicibus duobus
militibus et duobus notariis suis dum
(nobilibus ortis) taxat natalibus quorum fide ac prudentia
honorum uestrum gloriosus appareat. ueni
entes ita quod xv. diebus ante kalendas ianuarii
uestram et uestrorum in ciuitate nostra presentiam
habeamus. Itaque si assentiendo duxeritis uel
non duxeritis uotis nostris infra triduum
post harum presentationem responsum lato
ri presentium pariter publicum c
tum detis. **Alie littere eiusdem tenoris**

QUoniam **sed breuiori forma.**
ex manibus cum rectoris et ducis
toti sibi commissi populi pendet salus
eo quod uniuersa membrorum compago ex
dispositione capitis informatur multo
infra ceteras sollicitudines debet esse
scilicet bonum sibi preficere rectorem
in ciuitate communis pectore cura maior.

Hii igitur desiderii feruore solliciti uiri
prudentes qui electionem sub incertam sortis
euentu iuxta nostrorum statutorum continentiam
acceperunt considerantes uirtutibus quibus ce
lebri nominis uestri fama decente affluitis et
fulgetis queque uos hominum ducatum
suscipere dignos reddunt per presentem uitam a
kalendis ianuarii proxime uenturis ad unum
annum in nostrum potestatem rectorem et do
minum consensu et uoluntate unanimi
elegerunt. Quocirca prius nostri regiminis
offitium nobilitati uestre cum ea salarii
quantitate ac aliis conditionibus quas tran
missa uobis etiam alii communis nostri statuta
declarant. totis cordium nostrorum affectionibus
offerentes prudentie uestre instantissime
supplicamus quatinus ipsam electionem
et oblatum offitium acceptantes ter
mino quem innuunt statuta per tota huius so
ciatus iudicibus militibus et notariis quod
per ipsorum actus laudabiles uos honorent si **responsiua.**
complacet ueniatis. **De acceptatione anti**

NObili et sapienti **electoris et anni**
uiro domino P. potestati **sioni et regi et**
consilio et communi bon. Alamannus **minus. x.**
delaturus salutem et totius felicitatis aug
mentum. Cum omnes homines equales
natura genuit. non nature uitio sed acti
onum deformitate processit. quod propter affec
tus et actus nouos iustitie limitibus
cohercendos homo homini hominum nature sit
uirtutis preferatur. Verum tamen ad hoc per du
bio tam precellens offitium solus ille cen
setur ydoneus solus dignus quod subiectos
preesse sciat merito et uirtute. Illi enim re
giminis locus debet regendus offerri cu
ius merita loco congruant et honori et cuius
humeri subtracti non sint ferre ponderi si
bi illes quia licet cum regiminis ad
seruatur honori habet tamen adnexam hone
ris et pericli grauitatem. Verum quoniam sola

12ª

dei sufficientia faciat hominem in honori officio sufficientem. et dignum tenuia ne-
quaquam uirtute consiri. Sed in soli diui-
ne bonitatis auxilio spem ponentes et
considerantes etiam quod nobilium pruden-
tia populi constantia nec non omnium et singulorum
ciuitatis bonorum fides et munita nobiscum sol-
licitudinis nostre honoria partientur. et reddantur
ea facili obedientia leuiora. Ecce inuo-
cato nomine ihesu christi de uestrorum animorum
beneplacito et assensu regiminis uestri no-
bis oblatum honorem qui maiori toti
ytalie uiro exultationis et glorie cederet i-
augmentum iuxta uestram continentiam lit-
terarum gaudenter et illariter acceptamus. Itaque
auxiliante domino tamen non quamuis uestra no-
bis epistola prefixerit uenimus regiminis
uestri utinam leto principio feliciter pro-
gressu et fine laudabili honores et honera
subituri. Responsio qua se excusat electus et elec-

Quod dignitas toti renuntiat.
et offitium prefecture ceteris in hoc pre-
seculo precellat honores non potest gens populus
uel ciuitas aliqua uiro exultationis et glorie
plus conferre quam ex proprie uoluntatis ar-
bitrio cum infra ceteros discernere eligere
ac sibi preponere dominum et rectorem et sue se
subicere potestati. Hec nempe signum euidens
est in dubitabilis constantie ac intime
dilectionis eligentis populi ad electum. hec
etiam in perpetuum cedit decorem. et
decam non solum ipsi electo sed uniuerse ip-
terius stirpi eius. Talem igitur esse collatam
nobis a dominatione uestra recognoscimus
et confitemur gratiam et honorem. et eo ma-
gis excellentem et humilem quo infra ce-
tera mundi uestri regiminis locum maioris
glorie culmen habet. de quo quidem tanto et tali
beneficio et honore licet dignas et pares
gratiarum nequaquam sufficiamus exsoluere ac
tiones eas tamen quas sumus uniuerse nostri affectus
et animi uires profitetur dominationi uestre dixi-
mus referendas pura et clara confessione in
nostri honoris titulum cum gaudio profiten-
tes nos et nostros pro tanti fore beneficii de-
bito. uobis exnunc obligatos et perpetue de-
uoxios debitores. Verum quamuis non
solum in hoc nostri honoris tanti negotio
sed etiam circa uniuersa obsequia commo-
da et beneplacita uestra totos nos dare ac
exponere summo desiderio feruiamus
quia tamen in acceptione de oblati assumptione
offitii uestris assentire mandatis grandis
causae obstaculo impedimur. dominationi
uestre instantissime supplicamus
pro dono gratie postulantes quatinus nobis
uelitis quod regimen uestrum non admitti-
mus indulgere certi quod magna est excu-
satio que affectum nostri feruorem ab ob-
sequiis uestris presentialiter subtrahit. et
auertit. littere quibus potestas aliquis subiecto

Ricardus ut capitaneo sibi dato
ciuitas illa potius obediat et intendat
Bon. prudis uiris consilio et hominibus dant. reg.
nnnibus castri stagni salutem. de uestro sa-
lubri statu et maiori cura solliciti quoque
uos infra ceteros nobis subditos gratia
prosequimur. specialem dominum coradum ui-
rum utique prudentem magnanim-
em et fidelem capitaneum uobis de-
sollicitudine uestra prouisum ad uos pro
uestri tuitione ac fideli ducatu duximus
dirigendum. Cum igitur eidem domino
corado in nostri communis honorem et
uestrum profectum commisimus in ecclesiae of-
fitio gerere uices nostras presentium uobis
auctoritate ad penam. C. libr. et pluris nostri ex-
tantum arbitrium uoluntatis distric-
te tradimus in mandatis quatinus ipsi
intendatis ac fideliter obedire curetis et deinde quod
offitium timore ac honore debito
pareretis. Scientes quod nunc imponendis

bannis et mandatorum suorum transgressoribus
penis debitis puniendis. et omnibus fide-
liter faciendis que alibi commissum spec-
tabunt. offitium eius plenam concessimus
potestatem. Littere generales de securitate sco-

Ricardus de Villa laribus ad studendum
potestas Bon. universis Bono presentia.
niensi iurisdictioni subiectis presentes
litteras inspecturis salutem. Cum specialis
forma statuti et omnis etiam debitum
exigit equitatis ut eos qui studiorum
causa in civitate degunt vel degere civitate
disponunt. specialiter prosequamur gratia et
favore ac eodem privilegio quo ceteros
cives nostros sub alarum nostrarum tegmine pro-
tegamus. Cum igitur viro prudenti
domino Corrado Bergamensi in civitate nostra
studere volenti cum omnibus libris et re-
bus suis dum venerit moram traxerit
et discedet per totam iurisdictionem nostram
nullis represaliis vel aliis quibuscumque
casibus obstantibus plenam securitatem
fiduciam et licentiam duxerimus conceden-
dam presentium vobis auctoritate mandamus
ipsum debeatis prouenire a quibuscumque hominibus
et favoribus studeatis. Littere quibus man-

Ricardus de Villa datur bannitos
potestas Bon. providis viris detinen. i-
nis massarii et communi capognam salutem. Rca.
Iure adicitur pena culpe ut unius afflic-
tio multorum metum existat. et quos non
attrahit amor iustitie coerceat timor
pene. Et propterea de mandato statutorum for-
ma contra bannitos nostros et iussionum nostrarum
temerarios contemptores pene precipue sunt
indicte. Igitur ex sacramenti quo vinculo
tenemur statuta eadem exequentes
presentium vobis auctoritate ad penam xxv.
lib. districte tradimus mandatis. quatenus
Phylippum et Antonium cohabi-
tatores nostros communis nostri bannitos pro debi-
to xx. lib. ad quas Corrado tenentur presentibus litteris capi-
entes detentos et captos ad nos sub fida cus-
todia transmittatis. Quos si capi neglexeritis
et bannitos eosdem prosequimini toto posse ipsos in
vestris habitare finibus non sinentes quo-
usque satisfecerint ut tenentur. Littere quibus

Ricardus de Villa mandatur alicui cor-
potestas Bon. Nobili quod fecit compaciat
viro domino Uguitioni de Brixiano iustitia
salutem. Mulier vidua et afflicta respon-
Maria Iohannis coram nobis lacrima sum.
biliter est conquesta quod eandem super quibus Rca.
dam possessionibus et rebus suis indebite molesta-
tis. Cum igitur sumus a deo in medio con-
stituti ut violentiam reprimamus. et tam
potentium quam pauperum inordinatos af-
fectus et actus sub iuris debito refrenemus presentium
vobis auctoritate districte precipiendo
mandamus quatinus de cetero ab ipsius vidue
molestie desistentes quicquid in iuris est post
iuditium actum est in statum pristinum
reducatis. Scientes si quid iuris adversus
ipsam habetis illud de mandato nostro et animo
examine petitum. ubi leonis ferocitas
et agni mansuetudo quantum ad defectum
iustitie ambulant pari gradu. Littere quibus

Ricardus de Villa subiecto iudici q-
potestas Bon. domino P. contra pect. redditur et ir-
iudici iurisdictionis clausi dicit processus
salutem. Laurentii de ... super cause
causa quam Iohannes de Barri coram vobis mo-
vet vel movere intendit. audientiam
vestram suspectam asserit se habere. Cum igitur
periculosum sit et tristes sepe sortiatur even-
tus sub iudice litigare suspecto. presentium
vobis auctoritate mandamus quatinus a becde
Laurentio recusationis sue recipientes
libellum ipsum responsurum sub vobis in eo-
dem litigiorum cogatis. Si ad nostram presen-
tiam partem remittatis a vestram ubi sine
suspitionis anxietate in rectitudo iuman

q; q· ē sinum nō declinatur ul' in dexte
ram ul' sinistram. Littere q'b' mādat' s'biec
Ricardus de ulla to cōi ne iuuenē
pot' bon. pudisunius qdā sup col
lec ɔsulib(us) ⁊ cōi butini salut'. Eos qui p(ro)ti
tal' uiliati sūt b(e)n(e)fitio septuagenariis de
exacbito ⁊ ɔcesso cōis nr̄i sp(eci)ale statutum a
tōe. p(ro) sua lib(us) reddit fatōib(us) libos ⁊ exeptos
p(ro)m̄ ē q(uod) cum iacob(us) cohitator ur̄ lator
p(re)sentium p(ri)uilegiat' b(e)n(e)fitio an̄ dicto
q(ua)m in omam posuit coram nob' q(uod) sup
exactōe collecte octone cu(iu)sdam operis
impo(s)ite ɔtra legem sibi ɔcessi p(ri)mi legi
eum indebite molestatis p(re)sentium uob'
auctē ad penam. xxv. lib' s(u)b pien do oñ
dam q(ua)tin(us) ul' ab ea exactōe ɔtra eum nō
fistatis ɔ oiou l' si sup hoc hr̄e uos creditis
cām iustam. Et nūta cāe hi ptium as
stitce p(ro)cedantur. die tali coram nob' p(er)so
nam q(ui) in uniu(er)sitati ur̄e in certem gerat le
gittimam trāsmittatis. Littere q(ui)b' ē anos
Magne nobilitatis mittit' a d(omi)na
⁊ industrie uiro dn̄o. i. oēz iudice q
R. bon potati. p. potas. B. iudex ht̄ gladii
⁊ R. not' iurisdictōis cyxi salutez ⁊ toti po
tāl honoris augm(en)tum dep(re)hensum nouit
tēm funti facinore. ac alias multis crimi
b(us) infamatum. martinū iohis iuxta
uob' ex offitio nr̄o tradictam potātem!
debita iuris sollempnitate s(er)uata ui ex
ore ip(s)ius poueret in ditium q(uo)d omib(us) s(u)b
iecem ⁊ tormentis. Ecce declucti s oib(us)
in scripturam que sua sp(on)te de tormento
dep(os)itus ē ɔfessus ⁊ que p(er) sollēpnem i
quisitōem hr̄e potuimus ɔtra eū ⁊ ip(su)m
martinum cum actib(us) ⁊ scriptis in q(ua)si
tōis p(er) dēp losium ⁊ filippum nūtios
nr̄os ad uos qui sup iurisdictōez bono(n)
meum h(ab)etis impium ⁊ gladii potāte
duximus transmittend(um). Vt ex nuc offitii
ur̄i p(ro)cedat au(ctori)tas p(er) ut prudentie ur̄e;

suggeret ordo iuris. Decimu capituli
POst QVā de exēplatōi
Tres PRIN b(us) ⁊ infecti
Cipales tabelli onib(us)
OMNATus p(ar)tes scrip
SUNT In Noti
u em p(re)cedentib(us) capitul' xix.
p dei grām explicate. Jam xx.
sup(er)ē de doctrina exemplatiōu(m)
⁊ refectōuum scripturaz q(uo)d p(ro)des
ɔ in sr̄ia suspecta ⁊ etiam cōpa
tōis litterarum hoc decimum ⁊
ultimum capitlm intentionez
p(er)stitiat ⁊ claudat auctoris. Ideo q(ue)
aūt h' doctrinam in hoc ultimo s(i)bi fert.
q(uia) cum n(on) sit de p(r)incipalib(us) artis h' ē.
tn̄ quodam pleniū q(uia) c(er)ta omnia p(re)cedentia
oportunum. Et enim x(...) ⁊ ultime uo
luntates ⁊ iudicor(um) acta referuntur ⁊
exemplantur: put in s(u)bseq(ue)ntib(us) oste
detur. Vez ut hi capitulu p(ro)cessum in
des illud ēē tripticum attente. Primo
enim agitur: qualit' aliena scriptura
q(ua)libet exempletur: ⁊ q(uo)d in exemplatōe
sit op(er)s secundo quo m(od)o scriptura p(ro)pria
exempletur ⁊ refitiatur amissa. t(er)tio ⁊
ultimo quo m(od)o ɔtra suspectum p(ro)cedi
tur: ⁊ falsum arguitur instrum(en)tum. ⁊ q(ua)lit' c̄
fiat comparatio litterarum. Quid sit exēplar
EXemplar dicit' ⁊ q(uo)d exemplu(m) ⁊ q(uo)d
ip(s)a originalis scriptur(a) lit(ter)e q(ue) fides u
tura gen(er)ali uidelicet ex quo gn̄a tri q(uia) adhi
tur: ul' sumitur exemplum. q(uo)d q(uo)d b(ea)t'.
exemplar appellatur. etiam originale
⁊ auten(ti)cum. Exemplum uō q(uo)d etiaz
uocatur index ul' sup(ra)ptum ē scriptura
exemplata gen(er)ata ul' sumpta ex p(ro)to(col)
siue originali scriptura. Vn(de) u(er)sus Ex
emplar gen(er)at ē exemplum q(uo)d tra(n)s h(ab)is m(e).
ul' sic Exemplar generāt exemplum
q(uo)d gn̄atur. Adhibetur aut fides soli;

publico instrumento originali videlicet dummodo sine vitiperatione appareat, id est sine abolitione vel rasura vel cancellatione, nisi probetur contrarium, id est nisi huius contraria que in proferatur ut probet falsum. quomodo instrumentum falsum arguatur infra habetur sub rubrica quibus ex causis redditur instrumentum suspectum. Exemplo vero non est habenda fides ut possit quis aliquem exactionem cum ipso exemplo facere nisi cum exemplo proferatur autenticum vel nisi alia sufficiens probatio adiungatur. Si quis enim in aliquo documento alterius documenti faciat mentionem nulla ex ea memoria fiat exactio(?) nisi aliud documentum cuius memoria in secundo facta est proferatur aut alia probatio quantitatis debite exhibeatur. Hoc tamen verum est quia exemplo non adhibetur fides et quia ex eo non potest fieri exactio nisi illud cum insinuatione et iudicis decreto auctoritate interposita sit factum. Si si fuerit illud exemplum presentibus litteratis testibus tabellionibus videlicet se subscribentibus coram iudice auctoritatem suam interponente ad autenticum ascultatum et concors inventum adhibetur ipsi exemplo plena fides. et potest ex eo exactio fieri. Verum tamen quomodo fiat cum insinuatione et quomodo sine insinuatione ex subsequentibus apparebit.

Quomodo exemplatur aliena scriptura.

Circa exemplandam scripturam talis est consideratio et distinctio adhibenda videlicet quia scriptura illa aut extra iudicium aut in iudicio exemplatur. Item si in iudicio considerandum est utrum sit acta iudicii aut sit alia scriptura de quibus omnibus per ordinem est intendendum. Quando aliena scriptura extra iudicium exemplatur due solent concurrere rationes una videlicet ut per exemplum habeatur memoria eorum que in autentico continentur. et tunc incipies hoc modo. Hoc est exemplum cuiusdam instrumenti cuius tenor talis est. Sive hoc est exemplum quarundam litterarum domini pape quarum tenor talis est. Vel hoc est exemplum cuiusdam scripture que reperitur in quodam quaterno actuum scriptarum sive que scripta dicuntur manualia notarii. sic intitulato et pones titulum totum si titulum habuerit quo posito dices cuius scripture tenor talis est. Et subsequenter in eadem linea nullo vel modico intervallo relicto. Incipies et per ordinem exemplabis prout in autentico invenies usque ad ultimam litteram ponendo etiam si instrumentum est nomen tabellionis illius qui illud autenticum scripsit. licet non tenearis ponere signum eius. Demum posito signo tuo scribes hoc modo. Ego R. quondam florentie [margin: rodolfini] imperiali auctoritate notarius hoc instrumentum autenticum scriptum manu predicti talis notarii fideliter exemplavi nichil addens vel minuens quod sensum mutet vel intellectum. Vel has litteras autenticas bulla papali plumbea pendenti munitas fideliter exemplavi nichil addens etc. Vel predictam scripturam ex quaterno predicto sumpsi et fideliter exemplavi nichil addens etc. Et hiis modis usus est et in nostris non magni facti adhiberi solet. Sed si volueris aliquid sollempnitatis plus addere tenere potes istam viam. Incipies enim et intitulabis exemplum prout supra dictum est. et subsequenter per ordinem exemplabis prout in originali invenies. Cum autem omnia scripta erunt et etiam nomen tabellionis originalis preter signum eius quod nullo casu scribere teneris habebis duos vel tres tabelliones cum quibus diligenter ascul

tabellionibus ipsum exemplum cum autentico et si
inventum fuerit concordare se subscribet unus
quisque illorum tabellionum posito signo suo
hoc modo. Ego Iacobus filius Adam talis im
perialis auctoritate notarius hoc exemplum una cum
infrascriptis Alberto et Rolandino nota
riis ad autenticum instrumentum scriptum per
manum talis notarii diligenter et fideliter ascul
tavi et quia utrumque concordare inveni
me testem subscripsi. Et alii tabelliones sub
scriberent ita. Ego Albertus imperiali auctoritate
notarius hoc exemplum una cum suprascrip
to Iacobo et infrascripto R. notariis
ad autenticum scriptum manu talis
notarii et cetera ut supra proxime dictum est. Postre
mo autem tabellio qui exemplasti posito
signo tuo te subscribes hoc modo. Ego R.
imperiali auctoritate notarius hoc instrumentum ad auten
ticum scriptum manu predicti talis notarii
fideliter exemplavi et per terminum cum pre
dictis Ia. et Alberto notariis diligenter
ascultavi et quia utrumque concordare
inveni me testem subscripsi. No
tandum quod predicti duo modi non prebent ex
emplo plenam fidem nec ex tali exem
plo potest exactio fieri licet ad solam me
moriam fiat. Secunda ratione exem
plantur scripture non tantum ut habeatur me
moria eorum que in autentico continetur
sed ut etiam adhibeatur exemplo plena
fides et possit ex tali exemplo exactio fieri
et tunc talis est sollempnitas observanda.
Inchoabis enim et intitulabis exemplum
secundum quod supra dictum est. Doctrinam quidem per
predictam intitulabis quorumlibet exemplo
rum semper potis imitari. et procedes per
ordinem usque ad ultimum exemplan
do ut sepe dictum est. quo facto adhibitis qua
tuor vel quinque tabellionibus insinu
abitur iudici ut coram eo legatur et
ascultetur. et coram ipso iudice cum ipsis

tabellionibus diligenter ascultabitur et si concor
inventum fuerit iudex ipse auctoritatem suam
interponet. quam scribes in tuo illo univer
sali nec per nomen tabellionis origina
lis tituli hoc modo. In nomine domini amen
Anno eiusdem millesimo. CC. lviii. Indictione
quinta decima die tali hoc exemplum
per me Ro. notarium subscriptum ex autentico
scripto manu predicti talis notarii domino Scalza.
iudici et assessori domini R. de Villa potestatis Bononie.
insinuatum fuit. et in eius presentia per me
ipsum Ro. et alios subscriptos notarios dili
genter cum autentico ascultavi. et cum
iudex cognovit illud cum ipso autenti
co per ordinem concordare. ut adhibeatur
eidem exemplo decreto plena fides suam
et communis Bononie auctoritatem interposuit et de
cretum. Post modum subsequenter se u
nusquisque illorum tabellionum ita se sub
scribet. Ego Iacobus imperiali auctoritate no
tarius hoc exemplum una cum infrascrip
tis Alberto Manfredino Ior. et Rolandino
notariis coram ipso iudice diligenter et fideli
ter ascultavi et quia utrumque concordare i
nveni de precepto eius iudicis mandato in ei
dem exempli plenam fidem et testimo
nium me subscripsi. et eodem modo
ceteri se subscribent. In fine vero tu tabel
lio qui exemplum scripsisti pones per
nomen tuum hoc modo. Ego Ro. imperiali
auctoritate notarius hoc exemplum ex autentico
scripto manu predicti talis notarii fideliter
sumpsi. et per terminum in presentia dicti
iudicis cum dictis tabellionibus Ia. Al.
Ma. Ior. diligenter cum ipso autentico
ascultavi et quia utrumque concordare inve
ni de precepto eius iudicis mandato ad eiusdem
exempli plenam fidem et testimonium
me subscripsi. Sed nota quod aliquando pro
pter in exemplis litterarum adhibetur
auctoritas domini episcopi vel alterius autentice

presentie que quidem presentia in testimonium
et fidem ipsius exempli faciat illud suo
sigillo muniri et scribitur hoc modo. In
nomine domini amen. Anno eiusdem millesimo
ducentesimo quinquagesimo septimo Indictione
quinta decima die tali. Hoc exempli
prime Ro. notarius sumptum ex autentico
litteris domini talis sigillo munitis fuit
in presentia venerabilis patris domini Ja.
bononiensis episcopi a me ipso Ro. et aliis subscrip
tis notariis diligenter cum autenticis lit
teris ascultatum. Et cum idem venerabilis
pater cognovit illud cum ipsis autenticis
concordare in ipsius exempli plenam fidem
et testimonium suam auctoritatem interpo
suit. iubens illud sui sigilli appensione
muniri. Verum in fra certa hoc pretermitten
dum est. quod rogationes seu protocolla tabel
lionis alicuius qui decessit exemplari et
in publicam formam reduci non possunt
nisi auctoritate domini vel communis illius terre alicui
tabellioni hoc specialiter fuerit commissum. Fi
et autem commissio ista forma. Cum do
minicus filius et heres quondam Antonii decesse
rit petro notario rogationes patris sui ex
emplandas et in formam publicam
reducendas ipso petro hoc sibi communis bononie
auctoritate committi cum instantia postulante
dominus. B. de villa potestas bononie de voluntate
consilii generalis et specialis communis bononie cam
panarum sonitu in palatio eiusdem communis
more solito congregati. Ipsi petro notario pre
dictas rogationes olim Antonii supradicti
legittime ac fideliter exemplandas et in
formam publicam et autenticam redu
cendas iuxta tenorem infrascripti fa
cta mihi suam et communis bononie auctoritatem commi
sit. Qui petrus corporaliter tactis ad sancta
dei evangelia rogationes predictas eas vi
delicet que cancellate non erunt. quo
tiens opus fuerit fideliter exemplare et
in publicam formam redigere. eas soli
modo in quibus quorum intererit exibendo cancella
tas vero per cancellatis scribere quomodo et sic
exegit ius et eius michi addere minuere
vel mutare. nisi quantum ad modum in ipsis
rogationibus scriptum invenerit et notatum.
Et in hiis omnibus omni dolo et fraude remo
ta fidem debitam observare. Itaque tabel
lio cui talis commissio facta fuerit. rogationes
sibi commissas quando opus erit exemplar
hoc modo scribet eum rogationem de verbo ad ver
bum prout eam in quaterno invenerit ni
chil minuendo vel addendo quo facto ta
liter se subscribet. Ego. P. imperiali auctoritate
notarius ex commissione michi communis bononie auctoritate facta
prout in rogatione cancellata vel non cancellata
olim Antonii notarii inveni ita fideliter de ordi
nem exemplavi scripsi et in publicam for
mam redegi. Quod si in rogatione illa non
fuerint anni domini vel dies in quibus tabel
lio in quaterno vel libro sibi fuerint anni
domini scripti in quibus est si in aliqua roga
tione precedenti scriptus est dies quasi invenerit
posito signo et nomine suo et tota subscrip
tione predicta ut primo dictum est addet hec.
Quam quidem rogationem sumpsi et exem
plavi ex quaterno in cuius primo folio vel
secundo vel tertio erant scripti anni domini
hoc modo scribendo annos domini sicut inve
net in rogatione vero que precedebat presen
tem rogationem erat scriptus hoc modo. die
quinto decimo intrante madio. licet quo
dam in principio instrumenti illos annos do
mini ponant quos primus invenerit
precedere rogationem ipsam sicut facerent in
propriis rogationibus quas quidem facere pos
suit. sed predictus videtur michi tutior
modus et minus ex eo possit offendere veritas.
Et hec de scripturis alienis extra iudicium
exemplandis dicta sufficiant. Si autem
aliena scriptura in iudicio exemplatur.

17

et fuerit illa scriptura acta publica, id est scriptura in iuditio facta aut instrumentum procurationis vel sindicatus aut tutele vel cure vel huiusmodi debet et post illa per ordinem exemplari cum die et consule, id est cum annis domini et nomine tabellionis et omnibus per ordinem que in eo descripta continentur premisso titulo huiusmodi. Hoc est exemplum cuiusdam instrumenti cuius tenor talis est. Et exemplans tabellio talis se subscribet huiusmodi. Ego R. O. imperiali auctoritate et nunc communis bononie notarius predictum instrumentum de mandato talis iudicis ad autenticum scriptum manu talis notarii prout in eo inveni per ordinem fideliter exemplavi. Si vero fuerit alia scriptura quam acta publica ut puta scriptura privata sicut est instrumentum emptionis vel donationis aut locationis vel simile et petet ad usus proprios in iuditio illud sibi exemplari adhiberi exemplabitur illud sine die et consule, id est sine publicationibus instrumenti, non enim debet ad usus proprios diem et consulem exemplatum habere nisi velit illud de falso arguere. Igitur sine die et consule exemplabitur huiusmodi. Hoc est exemplum cuiusdam instrumenti cum die et consule pretermissis tenor cuius talis est. Et omissis annis domini inditione die loco testibus et nomine tabellionis exemplabitur solus tenor et in fine taliter exemplans tabellio se subscribet. Ego R. O. imperiali auctoritate et nunc communis bononie notarius predictum instrumentum die et consule pretermissis de mandato talis iudicis ad autenticum scriptum fideliter exemplavi. Si autem exemplabitur cum die et consule dicetur simpliciter hoc est exemplum cuiusdam instrumenti cuius tenor talis est. Et scriptis per ordinem omnibus a principio usque ad finem taliter se subscribet tabellio. Ego R. O. imperiali auctoritate et nunc communis bononie notarius predictum instrumentum de mandato talis iudicis ad autenticum scriptum manu talis notarii cum die et consule et omnibus per ordinem in eo contentis fideliter exemplavi. Et nota quod in scripturis que in iuditio exemplantur sufficit subscriptio solius notarii exemplantis.

Si propriam, id est arte **Quomodo exemplare** facietam scripturam **vel scriptura p**liter exrogatoribus tuis exem**pla et restitua**plabis et summes. post illam **vel amissa.** auctoritate propria quotiens opus erit et causa exigent. scribe per ordinem sicut primam non facta de prius non scriptura aliqua mentione. dummodo illi soli prosequeris ipsum exibeas ad quam spectet. et cum in te est eam habere ut puta privilegia instrumenta emptionalia et cum eumque datoris rerum mobilium et immobilium testamenta procuratores cum capacites tutelas et curas et omnes alias similia scripturas illas intellect de quibus et per quibus nullum imminet periculum nec alicui ptur prejuditium fuerit etiam si plura inveniretur unius et eiusdem tenoris. Hoc tamen nota quod si aliquis sextra te voluerit instrumentum autenticare scripti debes illud ei dare cum voluntate eius cuius est. et tunc eumdem formabis in exemplato modum quem servandum est in alienis scripturis exemplandis prout supra docetur in precedenti rubrica. Textum si scriptura vel instrumentum tale fuerit in quo contineatur debitum sive in pecunia sive in re aliqua debetur. quod res totiens peti possit quotiens instrumenta ex illa re debita apparet. unum ex his debitori possit periculum imminere eo quod propter multiplicatum instrumentorum debitum pluries peti possit, non debet illud instrumentum reficere et iterum exrogatoribus exemplari nisi animus sui sit. et tunc debet sollempnitas huiusmodi observari. Creditor enim debet adire iudicem et coram eo citari facere debitorem. Quod si debitor veniens confitebitur se debitorem esse, et adhuc ipsi creditori teneri in ea quantitate pecunie seu

parte autem eius qui in instrumento debiti continetur.
et quod non vult contradicere vel se opponere re-
fectioni illius instrumenti perditi. Iudex ipse
tale ab ipso creditore exiget sacramen-
tum. Tu iuras quod hoc instrumentum quod refici
petis illud habere vel possidere non desiisti.
et quod illud non postulas refici fraudulen-
ter. et quod si quo tempore illud ad manus tuas
pervenerit vel habere potens restitues notario
qui illud scripsit cancellatum et adni-
chillatum nec eum amplius uteris in
preiudicium debitoris et quod nunc etiam
cassum et irritum et nullius valoris esse
ius. Quo facto iudex precipiet tabelli-
oni qui scripsit instrumentum illud restituat
ipsum et exhibeat creditori prefato ex quo pre-
cepto et toto processu predicto ipse tabellio ad
executionem sui faciet sibi fieri publi-
cum instrumentum per manum alterius tabelli-
onis sibi tamen presentis quod quidem ita fiet.
Cum Coradus coram domino Sichaue
iudice domini R. potestatis Bononie peteret
sibi quoddam refici instrumentum debiti. C. lib.
ad quod teneretur Antonius eidem Corado
ut patet scriptum manu R. notarii. eo quod
illud se perdidisse dicebat. ipso Antonio
citato et coram ipso iudice confitente
se debitorem esse Coradi predicti in predicta
quantitate. et refectioni ipsius instrumenti con-
tradicere nolle. et ecclam Corado iurante
quod illud vere perdidit et in fraudem refi-
cere non petit. et quod illud si ad manus suas
pervenerit ipsi notario restituet cancellatum
dominus iudex predicto Ro. notario precepit ut il-
lud instrumentum reficiat et exhibeat Corado
predicto. Ita quod notarius qui illud instrumentum de
debiti scripsit. exemplabit et scribet
ipsum de verbo ad verbum sicut fecit pri-
mum. Sed subscriptionem nominis
sui taliter scribet. Ego Ro. imperiali a-
uctoritate notarius his omnibus interfui

et rogatus scribere scripsi. et hoc instrumentum quod alia
vice creditori prefato exhibui. iterum de roga-
tione cancellata ex mandato talis iudicis ex-
emplavi et refeci et ipsi creditori dedi eo quod
ipso debitore citato et se debitorem confi-
tente et refectioni instrumenti non contradicente et
dicto creditore iurante illud sine fraude a-
misisse prout in ista scriptura publica
facta manu talis notarii patet continetur.
Si autem debitor legittime citatus et non
comparuerit ipse vel alius contradicere nolens
refectioni instrumenti probabit creditor item sa-
cramentum ut supra hoc addito quod iurabit
quod non est sibi de dicto debito satisfactum vel
tantum ex eo recipere debet. et post hec fiet preceptum
notario qui scripsit ut supra hoc mutato quod
in instrumento precepti dicetur: ipso debitore le-
gittime citato et non comparente. et hoc idem dicetur
in subscriptione notarii. Sed si debitor ve-
niens et neget se debitorem et refectioni
instrumenti se opponat dicens simpliciter se
solvisse. non tamen ostendens principale
instrumentum debiti cancellatum penes se esse
statuet iudex ipsi debitori terminum in-
fra quem solutionem probet. quem si non probaverit
recepto sacramento predicto a dicto creditore
precipietur: et fiet refectio instrumenti. Si vero
probabit solutionem non fiet refectio instrumenti.
Verum si debitor principale instrumentum debi-
ti cancellatum penes se esse ostendat. tunc
incumbet honus probationis ei qui affirma-
tivam proponit. quod per rem nam affirman-
tis non autem negantis aliqua est probatio.
Si enim dicet debitor ecce habeo instrumentum
debiti cancellatum quod quidem redditum est. et
cum per cancellationem cyrographi tollatur
obligatio naturalis sum a debito liberatur. quod quidem
neget creditor dicens instrumentum red-
ditum non fuisse. iudex imponet ipsi debito-
ri ut probet redditionem instrumenti. Si autem cre-
ditor dicet se perdidisse instrumentum. et illud

16

ad debitorem sine causa peruenisse. interpretatur
probatio creditori ut probet se pecuniam dedisse. Et
ideo in huiusmodi non est tutum affirma
tiuam imponere. prestitum uel quam iustam causam
fouet. et dubitatur de perfectione probationis.
cum plerumque omnis honor probationis impli
catum sit et graue. Ceterum nota quod si uel
debitor confiteatur. siue cautionem non ueniat.
siue solutionem uel redditionem non probaue
rit. siue alia causa interuenerit. quare restitui
atur instrumentum semper tamen in instrumento precepti
quod fiat uidetur nota defectionem instrumenti. et etiam
in subscriptione nominis notarii restituentis
instrumentum faciendam esse mentionem quo processu
et qua causa instrumentum restituatur. Quibus ex causis
reddatur instrumentum suspectum et quo modo arguitur falsi.

Licet soli originali publico in
strumento fides adhibeatur ut dictum est supra.
in ultimo capitulo quod sit exemplar et quid exemplum
aliquibus tamen casibus derogatur fidei instrumenti
et suspectum redditur. Primo ex persona
producentis. id est propter eum qui instrumentum
produxit in causam. qui quod consueuerit. uel
aliquando conuictus falsa in causis aliis produ
xisse instrumenta. Secundo ex persona scribentis.
idem notarii qui illud instrumentum scripsit.
eo quod falsa consueuerit scribere instrumenta. Tertio
suspectum est instrumentum ex ipsa scriptura. uidelicet
quia in ea est aliqua anticipatio. id est abolitio
uel rasura. uel cancellatura et tunc opor
tet eum qui producit probare ueritatem quod
si non fecerit presumitur falsarius. Calump
niosam enim scripturam uim optinere
non oportet. Si uero aliquis dicat se pati
esse aliquod instrumentum contra se productum fal
sum arguere. et propterea illud postulet si
bi adhiberi debet prius inscriptionis
paginam apud iudicem competentem depo
nere. id est se obligare ad penam talionis
nisi probauerit quod intendit. licet hec inscrip
tio de consuetudine non seruetur. Item debet
iurare quod existimans se posse arguere fal
sum petitur illud sibi exhiberi. Et hoc
secundo debet iudex necessitatem imponere.
illi qui produxit instrumentum ideo uidetur contra
xisse ut iterum producat. nisi iuret se non
habere illud. nec dolo malo desiisse habere.
et quod reuera ipsa carta sine dolo suo dep
dita est et quod productio illius sibi est impos
sibilis. Quod si ita iurare noluerit aliam
quod non patitur penam sed instrumento uel ca
pitulo producere nulla habetur fides. Si
autem produxerit instrumentum ille contra quem
opposita est exceptio de falso comprobare uo
luerit fidem et ueritatem instrumenti. licebit
ei contra quem productum est probare falsitatem.
si tamen ante sententiam uel post sententiam pendente
appellatione quia si non ita fiunt quo falsitas
ante sententiam et non est appellatum uel si est
appellatum si confirmata est per appellatio
nem prima sententia si licet postea de fal
sitate proponere querelam et ideo quia sententia
approbauit fidem instrumenti. Si uero autem sen
tentiam non fuit habita quod de falso licet
postea proponere et si probabitur falsitas retrac
tabitur sententia enim si non fuit appella
ta. Nota tamen quod ad improbandum aliquod
publicum instrumentum non sufficiunt duo uel
tres testes quia saltim in quolibet instrumento
sunt duo testes et tabellio qui pro tertio tes
te censetur. Sed si quatuor uel quinque te
stes habere opinionis dicerent contra publicum in
strumentum magis credendum est testibus quam instrumento
sunt tamen quedam publica instrumenta contra que
probationem in contrarium non recipimus. scilicet
contra confessionem a tutore in inuentario. per
conscripto. et a tribus testibus subscripto facta.
et etiam contra confessionem a muliere factam
in publico instrumento in quo confessa fuit se
aliquid pro intercessione recepisse. Porro
contra priuatum instrumentum potest probari contrarium
etiam per duos testes omni exceptio

ne maiores. **De comparationibus litterarum. Rubrica.**

QUIA comparatio litterarum fidem facit aut complementum que derogat instrumentis publicis et privatis, ideo videndum est scilicet quomodo et quando fiat et per quos et quis sit eius effectus. Fit autem comparatio litterarum ex publico instrumento hoc modo. Tu produxisti contra me instrumentum alicuius tabellionis. Ego vero derogare fidei illius instrumenti dico illud non esse scriptum manu illius tabellionis cuius nomen subscriptum est in eo, et ad hoc probandum induco aliud instrumentum quod vere constat scriptum esse manu illius tabellionis, quod apparet esse dissimilis forme et littere. Et probo intendo quod ille qui scripsit istud non scripsit illud. Item e contra ego induco aliquod instrumentum quod quidem dicitur esse suspectum et scriptum alterius manu quam illius qui scriptus est. Ego ut plenum esse verum induco aliud instrumentum quod vere constat esse scriptum manu illius eiusdem tabellionis qui nullo suspecto subscriptus est, et est consimilis littere et forme cum illo suspecto. Unde probo fidem facio quod verum est. Fit autem ipsa comparatio litterarum quando non superest, id est quando non vivit vel haberi non potest ille tabellio cuius nomen subscriptum est in instrumento, et tunc est facienda comparatio litterarum tabellionis et signorum vel notarum ad plenam fidem. Quando vero tabellio superest non est facienda comparatio litterarum, quia per auctorem instrumenti declaratur fides. Sufficiat enim quod ipse dicat se scripsisse vel non. Est autem comparatio facienda ab illis et per illos qui bene noverunt formas et figuras litterarum et varietates, et debet prestari sacramentum ab eis quod non lucri causa, non inimicitiis, non gratia ipsam comparationem facient. Item debet iurare ille qui instrumentum producit ad comparationem et ille qui petit fieri comparationem quod quia non habet aliam ydoneam probationem et fidem venit ad comparationem faciendam, et quod nichil egit vel machinatus est per quod possit veritas abscondi. Effectus autem comparationis est ut ex ea secundum plena colligatur fides, licet quandoque prudentia videtur omnino credatur comparationi. Et est ratio quare soli collationi et comparationi non sit habenda plena fides, quia litterarum dissimilitudinem sepe quidem tempus facit. Aliter enim scribit quis iuvenis et robustus, et aliter senex et tremens. Sepe autem et langor hoc facit. Item calami et atramenti mutatio aufert per omnia similitudinis puritatem.

De operis conclusione et actione gratiarum.

ECCE IAM quicquid ego Rolandinus humilis notarius minister circa tabellionatus offitium a principio huius operis in mente concepi, est ad affectatum finem de habundanti Christi misericordia et bonitate deductum. Et quoniam multa male vel bene minus bene dicta sunt esse non ambigo, illa legens quilibet sciat mei scribentis venisse de proprio. Siquid autem in hoc opere bonum est, de solius divine misericordie munere processisse. Itaque defectus et errores michi, bona vero soli bonorum omnium tribuantur auctori, cui laus et gratiarum actio, honor et gloria in secula seculorum. AMEN.

Rubrica de gloriosa virgine beata Maria.

O DULCISSIMA gloriosa virgo beata Maria, sicut habuisti maximam compassionem filii tui domini nostri Ihesu Christi cum vidisti eum in cruce pendentem et deprecor ut habeas maximam compassionem mei in omnibus necessitatibus et angustiis meis et omnibus filiis

et sororibus mei

TRACTATURI de arte notarie primo
videamus quid sit notaria et quid notarius et
quot nominibus nuncupetur. Secundo quot
et que sint principales partes notarie. No-
taria est negotia hominum publice et au-
tentice notare. quia non omnis scriptum notariorum publicum
et autenticum est. sed illa solummodo que in publicam et au-
tenticam redigitur formam. et dicitur notaria a noto no-
tas quia in notis debet redigi. Unde in aliquibus locis
rogatarii appellantur notarii quia sunt note instrumentorum. Qui
ideo etiam vocantur rogatarii eo quod illas rogatur ta-
bellio scribere. et ex illis rogatur facere instrumentum. Dici-
tur etiam protocolla a prothon primum et collatio. id est prima
collatio. Conferunt enim primo ad invicem partes
quod velint facere. et ex illa collatione fit protocollum sive
rogatio. dicitur autem a notaria notarius. Et est notarius persona pri-
vilegiata ad negotia hominum autentice conscribenda
qui etiam diversis nominibus nuncupatur. sed quantum ad sub-
iectum et essentiam una est diffinitio quecumque.
nomine nuncupetur licet in nominibus aliquando vel sit diffe-
rentia secundum differentes actus. Dicitur enim notarius tabel-
lio sive tabellarius ab hoc actu quia notabant olim in ta-
bulis. Dicitur scrinearius quia scripta eorum olim ubi
nunc tenebuntur reponebantur in scriniis vel quia ita-
bellio sicut in scrinio debet secretum et tutum esse
quicquid ei in fide committitur. Dicitur etiam servus publicus
quia eius offitium est ad publicam utilitatem inventum.
Dicitur librarius quia sicut libra debet omnia ad suum offitium
spectantia equa lance iuste et fideliter ponderare. Et
dicitur scriba a scribendo semper tamen ut dictum est una est dif-
finitio. Sunt autem tres principales partes nota-
rie. quia notarii offitium in tribus principaliter consistit.
scilicet primo in contractibus secundo in ultimis voluntatibus
tertio in iudiciis de quibus tribus partibus per ordinem est
videndum. et primo de contractibus. Sed quia contractus fiunt ex pacto
inito inter partes. et ex contractibus et pactis fiunt scripture. publi-
ce que appellantur instrumenta. Idcirco primo videndum est
quid sit contractus et de contractuum divisionibus et quot et que in contrac-
tibus exigantur. Secundo de pactis et pactorum divisi-
onibus. Tertio de instrumentis et instrumentorum fide. Quid sit contractus.

CONTRACTUS est proprie ultro citroque obligatio. Et dicitur contractus quasi
citroque. id est hinc inde contrahitur obligatio. contractus
ligatio. ideo dicitur proprie. quia contractus aliquando sumitur communiter.
proprie. et secundum dictam diffinitionem. aliquando improprie.
aliquando magis improprie. Proprie dicitur contractus quando ul-
tro citroque. id est hinc inde contrahitur obligatio ut emptio
venditio locatio conductio. Venditor enim obli-
gatur emptori ad rem tradendam. et emptor ob-
ligatur venditori ad pretium solvendum. Item locator
obligatur conductori ut sinat eum uti re locata. et conduc-
tor obligatur locatori ad mercedem solvendam.
Et generaliter proprie dicuntur contractus ubi sunt mutue permissio-
nes et obligationes hinc inde interveniunt. ut est contractus emptionis
predictus videlicet librorum. Improprie dicitur contractus quando
solum una pars alteri obligatur et non econverso. quia licet ibi
oriatur obligatio hinc inde tamen contractus tamen dicitur licet im-
proprie et abusiva significatione. Magis improprie dicitur
contractus quando ex nulla parte oritur obligatio sed liberatio
ut est in transactione ex qua non oritur obligatio im-
mo facta dissolvitur. Item contractuum alii sunt no-
minati alii magis innominati. Nominati sunt emptio
venditio locatio conductio commodatum depositum
mutuum societas et pignus. qui ideo nominati dicuntur
eo quod unum quodque eorum vocabulorum alteri significationem
suam attribuere non potest. et quodque nomen suum ita pro-
prie et stricte sibi attributum est. ut illud alteri contractui
accomodari non possit. Unde emptio et venditio non
potest dici locatio vel commodatum nec econverso. In-
nominati contractus sunt do ut des facio ut facias do ut
facias et facio ut des. de primo contractu innominato scilicet
do ut des est exemplum in permutatione do enim tibi
domum meam ut tu des michi vineam tuam. de
secundo scilicet facio ut facias potest poni exemplum ut
permitto tibi scribere librum eo quod tu permittis michi
edificare domum. De tertio scilicet do ut facias est exem-
plum ut do tibi equum eo quod permittis scribere librum.
de quarto scilicet facio ut des est exemplum ut permitto te
docere artem pellipariae et tu permittis michi dare .x.
corios fuinarum. Qui ideo dicuntur innominati contractus
eo quod nomina eorum sunt ita vaga quod aliis nominatis contractibus
possunt accomodari. Unde do ut des potest accomodari emp-
tioni et venditioni. Venditor enim dat rem ut emp-
tor det pretium. Item do ut facias potest accomo-
dari locationi et conductioni quia conductor dat mercedem
vel pensionem eo quod locator faciat. id est permittat sibi pati-
entiam utendi. Magis innominati contractus dicuntur
pacta que ideo dicuntur magis innominati eo quod accomo-
dari possunt nominatis et innominatis contractibus. Unde emptio
et venditio est pactum. et do ut des et ceteri innominati con-
tractus sunt pactum quia pactum est adeo generale nomen
quod omnibus contractibus potest accomodari. et quia omnia continet que
fiunt cum obligationis contrahende vel tollende. Visis
igitur diffinitione et de divisionibus contractuum restat
videre quot et que in contractibus exigantur. et ex quibus consistunt.
Sed quando contractus constant ex tribus. scilicet ex personis rebus et
obligationibus ideo de unoquoque videndum est. et primo de per-

sonis 7 eaz diuisionibꝫ 7 q pso[n]e se obligare p[os]s[un]t
q[ue] [con]tra[c]tum reddu[n]t inutilem. Exp[osi]t[i]o[n]is diuisi

Expo[s]i[ti]o[n]is sex diuisio[n]es [con]ti[n]et. De p[er]so[n]is 7 p[ri]ma
sunt. Prima diuisio e[st] talis. diuisio[n]ib[us].
O[mn]es ho[min]es aut su[n]t masculi aut femine aut her
mofrodite. Masculi su[n]t q[ui] agu[n]t 7 gignu[n]t. fe
mine q[ue] patiuntur 7 pariu[n]t. Hermofrodite q[ui]
clinat utrumq[ue] sexu[m] masculinu[m] uidelic[et]
7 femininu[m] in stru[m]. (habent) S[ed] si magis incalesca[n]t 7 p
ualet femineus sex[us] censetur femina. Si u[er]o
p[re]ualet masculin[us] sex[us] censet[ur] masculus. Secu[n]
da diuisio e[st] q[ui]a p[er]so[n]e alie su[n]t nate alie nascitu[r]e.
Nate su[n]t que ab utero matris sep[ar]ate e[st] et deuenit i[n]
lucem. Nascituri q[ui] [con]cepte su[n]t in utero matris.
7 p[ro] iam natis habetur. Tercia diuisio e[st] quia
o[mn]is homo aut e[st] lib[er] aut e[st] s[er]uus. S[er]uus e[st] q[ui] nasci[tu]r
de ancilla u[e]l qui capit[ur] de hostium potestate qui
s[er]ui etiam ma[n]cipia dicuntur .i. ma[n]u capta.
Ite[m] etiam s[er]uus e[st] minor .xx. annis q[ui] ad p[re]ciu[m] p[ar]
ticipa[n]dum u[e]l alio iusto titulo patit[ur] se uendi
dari u[e]l alio iusto titulo alienari alicui lib[er]e u[e]l
com[m]ercitati 7 ca[usa] n[on] ignarus sue [con]dic[i]o[n]is si e[m]ptor
u[e]l acceptor illi [con]dic[i]onem ignoret. 7 uenditor
in u[er]itate p[re]cium p[er]cipet. S[ed] 7 s[er]uor[um] multe
diuisio[n]es su[n]t de quib[us] nichil ad p[re]sens. Lib[er]i
dicuntur nati de lib[er]is parentib[us] u[e]l saltem de
libera matre. q[ui]a lib[er]i secuntur [con]dic[i]onem matris
7 n[on] patris. Lib[er]or[um] alii sunt ingenui alii libertini.
Ingenui su[n]t q[ui] statim ut nati su[n]t. lib[er]i su[n]t si
ue nascantur ex duob[us] ingenuis siu[e] ex duob[us]
libertinis siue ex alt[er]o ingenuo 7 alt[er]o libertino.
S[ed] 7 si q[ui]s nascat[ur] ex matre lib[er]a 7 patre s[er]uo inge
nuus lib[er] e[st]. Libertini dicitur q[ui] ex iusta s[er]uitute
manumissi su[n]t. Quarta diuisio e[st] q[ui]a p[er]so[n]e
alie su[n]t sui iuris alie iuris alieni. Sui iuris
su[n]t lib[er]e p[er]so[n]e patres familias 7 matres q[ue] f[ac]te
su[n]t sui iuris morte parentum u[e]l p[er] emancipa
tionem u[e]l alio legittimo modo. Alieni iuris s[un]t
s[er]ui. Item filii familias q[ui] ex iustis nuptiis
p[ro]creati su[n]t. siue obtineat primu[m] locum filio
r[um] .s. q[ui] s[un]t nati ex nob[is] 7 uxorib[us] n[ost]ris. siue ul
teriorem locum ut nepotes 7 p[ro]nepotes 7 dein
ceps [con]ti[nu]e ex masculino sexu descendentes. Ite[m]
(om[n]es) cum ho[min]es sit u[e]l s[er]uiu[n]t filii fit quinta diuisio
filior[um]. q[ui]a filior[um] alii su[n]t legittimi 7 n[atur]ales a
lii legittimi t[antu]m alii n[atur]ales t[antu]m alii nec legit
timi nec n[atur]ales. Legittimi 7 n[atur]ales su[n]t q[ui] pro
creantur ex legittimo [matri]monio. Legittimi t[antu]m

su[n]t adoptiui. N[atur]ales t[antu]m q[ui] nati su[n]t ex [con]cubina
unico 7 indubitato affectu [con]uicta. Nec le
gittimi nec n[atur]ales su[n]t spurii ex incestuoso
coitu nati. Item fit sexta diuisio q[ui]a p[er]so[n]e aut
su[n]t legittime etatis aut n[on] legittime. Legittima
etas e[st] a .xxv. annis sup[ra] 7 hi etatis ho[min]es dica[n]t[ur]
maiores. n[on] legittima etas e[st] a .xxv. annis infra
7 ho[min]es hi etatis dicantur minores 7 n[on] legitti
me etatis. Hor[um] minor[um] alii dicantur pub[er]es a
lii impub[er]es. Pub[er]es su[n]t a quatuordecim annis
s[upra] masculi 7 a .xii. annis s[upra] femine. 7 hii etiam
dicantur adulti 7 adolescentes. Impub[er]es u[er]o
su[n]t masculi minores .xiiii. annis 7 femine
minores .xii. 7 hii [etiam] uocantur pueri 7 puelle
7 si patrem n[on] h[abe]nt uocantur pupilli 7 pupille.
Hor[um] impuber[um] alii su[n]t infantes 7 hii su[n]t a die
natiuitatis masculi 7 femine usq[ue] ad septimu[m]
annum. Alii su[n]t p[ro]ximi infanti 7 hii su[n]t a septi
mo anno sup[ra] usq[ue] ad nouem 7 dimidiu[m] femi
ne 7 usq[ue] ad .x. 7 dimidium masculi. Ab inde u[er]o
usq[ue] ad .xiiii. masculi 7 usq[ue] ad .xii. femine
dicantur p[ro]ximi pub[er]tati. Et h[ec] de p[er]sonar[um] 7 etatu[m]
diuisionib[us]. Igitur uidendu[m] e[st] que p[er]so[n]e reddu[n]t
[con]tractum inutilem. De [con]tractibus inutilibus rat[i]o[n]e p[er]

Obligi[ri] possu[n]t ex uniu[er]so .xiii. so[n]ar[um] .xx.
P[er]so[n]e quar[um] r[ati]one [con]tractus ab eis initus
regulant[er] initiatur 7 inutilis redditur. Sol[um] re
gulant[er] dictum e[st]. q[ui]a aliqui ex eis in aliq[ui]b[us] se p[ossu]
su[n]t casib[us] obligare. ut inferius apparebit. Su[n]t
aut[em] ex ill[is] quedam q[ue] [con]tractum uitiant r[ati]one etatis
ut infans 7 maior infante 7 p[ro]ximi pub[er]tati
7 pub[er]es quedam r[ati]one [con]dic[i]o[n]is ut filius fa.
7 s[er]uus. Quedam r[ati]one morbi ut furiosus mu
tus 7 surdus. Quedam r[ati]one delicti ut p[ro]dig[us]
h[er]eticus apostata [com]mittens crimen lese maiesta
tis 7 eq[ui]b[us] o[mn]ib[us] p[er] ordinem e[st] uidendu[m]. Infans
i. minor .vii. annis nec naturalit[er] nec ciuilit[er]
obligatur. nec alium sibi obligare pot[est]. Ma
ior infante tenetur solum de sp[on]salitiis [con]t[ra]
[ctu] n[on] de alio. P[ro]ximi pub[er]tati aut h[abe]nt tutore[m]
aut n[on]. Si h[abe]nt tutorem [con]t[ra]h[en]t cum ipso tutore
nec n[atur]alit[er] nec ciuilit[er] adstringitur. Si u[er]o [con]t[ra]
h[abe]t cum extraneo auct[orita]te tutoris obligat[ur] ciui
lit[er] 7 n[atur]alit[er]. licet si deceptus sit possit restitui.
S[ed] si careat tutore obligatur n[atur]alit[er] t[antu]m 7 n[on]
ciuilit[er]. 7 sola n[atur]al[is] obligatio e[st] inefficax ad a
gendu[m]. Exceptis duob[us] casib[us] in quib[us] n[atur]alit[er]
7 ciuilit[er] obligat[ur]. q[ua]m tutore careat. s. de [con]tractu d[e]

s[oluto] a... p[otes]t ... obligari

quo factus est locupletior. et qui dolum commisit. quia ratione doli tenentur in solidum. Pubes .i. maior .xiiii. annis masculus vel .xii. femina. sed tamen minor .xxv. sive pater familias sit. sive filius familias tenetur ex contractu inito a principio sine suo et ex consensu tutoris facto cum de eo. nisi in duobus casibus. scilicet si grande damnum passus sit .i. maius dimidia iusti precii vel fraude ipso solum interesse sit .i. quod dolose deceptus sit a tutore in quibus duobus casibus non tenetur ex contractu inito a tutore. De his autem que gesta sunt cum ipso pube sive adulto distingue quia aut habet curatorem aut non. si habet curatorem non obligatur sine curatoris auctoritate. Si sine habet curatorem obligatur ipse adultus civiliter et naturaliter. Verum tamen si deceptus est. etiam pro modico dampno vel etiam minori dimidia iusti precii dummodo non sit minima quod pretor iudicet maiori vel summe esse restitutionem in integrum petere potest. toto tempore minoris etatis. et ea finita infra quadriennium continuum. Et hanc restitutionem petere potest de rebus quas amisit sive est de re quam dedit et de his que non acquisivit sive de lucro omisso sive hoc est si delatam hereditatem repudiavit. Item de eo quod alicui honori se implicavit. hoc est si pro alio fideiussit. Et adhuc restituetur debet probare se minorem esse et se deceptum. quia non eo ipso quo minor est deceptus intelligitur. Sed fallit in quinque casibus in quibus minor de contractu ab eo inito non restituitur etiam si probet se deceptum. Primus casus est si mutaverit statum vendendo se vel alteri alienando adoptivum vel licentia principis quod quia mutatur non restituitur. Secundus casus est si maiori parte rei vel summe propositum gerentur .i. si petit restitutionem pro minima parte in qua dicit se deceptum. quia melius est quod dampnum recipiat in ulla minima parte quam tot contractus infringatur. Tertius casus est si minor sit usus et iure communi ut quia adiit hereditatem locupletem vel emit fundum in communi et prius nate res cum perierunt vel fundus mortuus est non enim tunc restituitur quia non videtur esse deceptus. si usus est iure communi. Nam non est licet damnum. sed in consulta facilitas probet restitutionem. Quartus casus est si dolum commisit quia deceptis et non decipientibus iura subvenerunt. Quintus casus est si corporaliter iuravit se non venturum contra actione minoris etatis. quia sacramenta puberum sponte facta super contractibus rerum suarum perpetuum inviolabiliter custodiri. Sextus si iuravit per eum vivum dolum se maiorem non restituitur nisi probet per argumenta scripta ista .i. per instrumentum publicum factum de die nativitatis. qui

qui dolo tenentur iuravit non habebit .xxv. annos. Sed si habet uller probare protestationem non auditur. Filius familias qui subiectus est potestati patris vel avi vel proavi cum ipso patre avo vel proavo nec naturaliter nec civiliter obligatur. quia unius in potestate eadem est persona patris et filii nisi de castrensi vel quasi castrensi peculio quia de his cum patre contrahere potest. eo quod in castrensi est quasi tanquam pater familias habetur. Sed si cum alio quocumque quis contrahit naturaliter et civiliter obligatur non tamen eciam patris pro mittit obligare sine suo consensu. Verum tamen fallit in voto et in mutuo de quibus non obligatur. quia si vovet aliquid rei publice se daturum non tenetur secus si vovet deo vel pro ta si monasterium sit ingressus quia ad hoc astringitur etiam patre non consentiente. In mutuo vero licet naturaliter et civiliter obligetur. defenditur tamen per exceptionem macedonianam senatus consulti quod quidem est odiosa inventa .s. in odium feneratorum. et propterea non potest filius familias eam remittere. nec ipsi exceptioni renuntiare quia non in suum favorem sed in odium feneratorum inventa est. Unde si pecuniam vel eam fecerit eo tempore quo erat filius familias accepit mutuo non tenetur ad eam reddendam ipse vel pater eius. Fallit tamen in hiis sequentibus casibus in quibus ipse vel pater de mutuo contracto a filio tenetur. Primus est si filius familias se patrem familias publice mentitum dicit. Secundus est ratione publice ignorantie. ut quia publice pater familias plerisque videbatur sic agebat sic contrahebat sic muneribus fungebatur. Tertius si pupillus sine tutoris auctoritate vel adultus sine curatoris auctoritate mutuavit filio familias. Quartus si mutuatum in rem patris versum sit. ut quia dotavit sororem. vel familiam patris nutrivit. vel quia solvit creditori patris. quia tunc tenetur pater ad illam pecuniam reddendam. Quintus si mutuum accepit usque ad illam quantitatem quam pater non debet recusare ei dare quando alibi degebat causa legationis vel causa studiorum. Sextus si pater consensit vel mutuum accepit vel presens non contradixit. vel si filius destinavit patri litteras quod mutuum accepit pater non improbavit actum filii. Et intellige de patre qui habet filium in potestate filius enim familias suo filio consentiendo qui est in avi potestate non facit ut cesset exceptio macedoniana. Septimus si mutuum accepit ut liberaret se ab alio creditore quem non poterat removere. Et nota quod licet in appellatione pecunie large omnia sumptum contineatur. quicquid est in numero pondere vel mensura hic tamen stricte sumitur. solum pro illa pecunia que est

Et nota quod pubes .i. maior .xiiii. annis masculus et .xii. femina semper debet interrogari si habet curatorem an non in quo libet contractu quia si dixit se habere necessarium est consensus curatoris sed si dixit se non habere facienda est mentio hoc modo. Interrogatus interrogatus si curatorem habet ipso vero respondente se non habere dedit vendidit et cetera et cetera.

immuo et hoc e q dicit filium famili as n teneri de mutua pecunia .s. de illa q consistit immuo sed si accepit aliquid q consistat in pondere ul mensura q tunc tenebitur nisi fuit adhibita fit a creditore. ut puta q credit filio famili as frumentum uinum uel oleum ut huius distinctis ultra pecunia. Jt nota q exceptio macedoniani datur n solum filio familias sed et heredi et fideiussori. Vn eadem exceptione defenditur fideiussor. Jtem nota q qn filius fa. ht castrense ul quasi castrense peculium tunc cessat macedoniani usque ad quantitatem peculii. Seruus cum dno suo ciuilit n obligatur. sz cum extraneo pactum pot acquirendo. na expressum dni ht in stipulandi. Alienum uo efficaciter non obligatum cum pmi orum reputetur. Sz ex eo qtu dns quatur de peculio suo. ul de eo q in rem .i. utilitate dni uersum e. ul q iussu .i. de qtu fco ab eo in filii dni. fallit tn in tribus casibus in quibus dns fr de peculio suo n tenetur. Si cum suis dedit ul uouet. ul fideiubet extra cum peculiarem. Furiosus ul mente captus tpre furoris contrahe n pot eo q cum qtc fieri non possit sine consensu ipse expressi ul tacite consentire n pot. Verz tn si cohibit mente capta ul sibi dilucida interualla qtc tunc ab eo initus ualet. Mutus. Surdus q in pus morbis n ablaborat contrahere non psunt q stiplo ht pmissionem et pensionem fieri. et hui qui stiplatur uerba pmittentis. et qui sol audire debet q pmittit fuit n psunt. et h intelliguntur de ipsis in mitto surdo q tpre qtc pcedo morbo laborabat. Prodigus cui bonis e interdictum non obligatur. Heretici. Apostata. Comutes cum lese maiestatis n possunt ohere q hui psonis interdictum e a lege contrahendi commertium. et n contracte cum eis inutiles sunt.

Ceterz licet mulier n sit de pdictis .xiii. psonis q se obligare n psunt. et licet mulier se suo nomine obligare psit. q tn in fideiussione regula n obligatur adiuuatur bnficio uelleiani senat consulti. Videndu e qn in fideiussione obligatur et qn n. i. qn se iuuare pot hoc beneficio et qn n. Igitur si mulier fideiubeat pro alio ul si pro ber fideisorem pro alius obligatur. aut si pro alio se constituit debitricem aut si rem suam pro alio pignori obligauit. nec tenetur ipsa nec ei fideiussor nec res sua a pignore pro alio obligata etiam si sit uir ul filii p quibus h fecit. Sunt tn sex speciales casus in quibus mulier fideiubendo tenetur et h bnficio n iuuatur. Primus e si mulier fideiussit pro pecunia illa q data e alicui dno ad manumittendum pro pro manumittendi. sui. Secundus si intercessit pro dote alicuius mulieris. Tertius si mulier renuntiauit auxilio uelleiani senat consulti q suo fauore e inductum e. et tn ualet renuntiatio. si ceteroqui tenetur deinde ipsi bnficio. Quartus si acceperit ptium ul aliquid loco ptii pro intercessione. Quintus si uoluit decipere creditorem sciens se tuta. hoc senat consulto cum creditor ignoraret singularitatem enim eam n calliditati subuenitur. Sextus si intercessit ul pignus ad fideiussorem dedit pro alio. et pt biennium a pa cautione numerandum. iterz ad eadem obligauit ul pignus ul fideiussorem dedit. Sibi enim debet imputare si ultro firmauit q sepius potuit cogitare et cauere. Videtur enim ex talibus pluralitate tpris n pro aliena obligatione sz pro sua se alligare et ex secunda cautione se obnoxiam facere. Jnfra biennium aut si iterz se ad idem obliget n sibi pudicere. q ex sequentia sue singularitatis in secundam uidetur incidisse iacturam. Vn ursus de casibus .vi. cum hoc. Casibus in senis mulier spondendo tenetur. Pli bertate. pro dote renuntiet et si Accipiat ptium capiat caueat q secundo. Jtem nota q mulier fideiube ul se obligare n pot pro uiro etiam q literz cum q renuntiet. q tunc uidetur donare. Viro et uxore et uxorem prohibitum e donatio inter se pro nuptias ul cum mortis non e tn prohibitum uir non pse obligari pro uxore n precessit in comodum mulieris. Et nota q ubi cum q n e fideiussio mulieris cessat bnficium uelleiani. Igitur in sol de psonis que qtcm reddunt inutilem q n solu rone psonarum immo et natura rerum qtc uitiantur. indendu e de rebus sup quibus et de quibus obi n potest.

Res q quam sunt de inutilibus qtcbus tractat sup quibus inter phibetur et quam nra Rex. inhibere contrahi n pot. Jure phibitum e alienatio ptium minoris .i. impuberis et omnium rerum ipsi minoris et eque suaruo suari possunt. ut auri argenti ptosarum uestium et omnium illarum rerum q tpris pluralitate n pereunt. nisi illa interueniant q in hi medi alienationibus debent solemnitate interuenire solent que q dem sunt ista videlicet. Primo ut fiat alienatio ob e alienum .i. immineat debitum q sibi solui urgeat creditor ul ex quo ad minori usurarum one pgrauetur. Secundo q fiat cum auctoritate tutoris. Tertio ut iudicis decretu interueniat. q decretum cum multa iudicis diliberare interponi debet. quibus aut discussis omnibus e de

uertere duo folia ubi tractat hoc

tem interrogatione in continenti antequam ad aliud actum divertant debet fieri responsio. Et ideo neque mutus neque surdus neque infans stipulationem contrahere possunt. nec etiam absentes quoniam exaudire se invicem debent. Item inutilis est stipulatio ratione dissensus ut si stipulor unum et tu promittis aliud. Item inutilis est stipulatio contracta super impossibili conditione ut si celum digito tetigero. Item est inutilis si ex causa turpi descendit. ut puta si stipulor fieri homicidium vel sacrilegium. Item est inutilis stipulatio si fiat per metum vel dolum. Item est inutilis detractione conditionis vel adiectione inutilis vel adiectionis ut si stipulor pure et tu respondes sub conditione. Item nulla est stipulatio ratione apposite persone ut si stipulor alteri cuius iuri subiectus non sum. Invicem enim sunt stipulationes inventae ut unusquisque sibi acquirat quod sua interest. Sed si stipuletur quis alteri cuius iuri subiectus est. ut puta filius patri vel servus domino valet stipulatio et ex illa stipulatione acquiritur patri et domino. Sed alteri quam predictis personis non potest quis stipulari nisi sua intersit. Unde si stipulor alterius dari cuius nomine dari mea interest tenet stipulatio. ut puta si stipulor dari creditori meo vel procuratori vel tutori vel similibus personis. licet ex tali stipulatione solus ego agere possim et non ille cui stipulatus sum dari. In casu tamen ex mea stipulatione agit ille cui dari pactus sum. ut si tutor paciscatur dari pupillo vel curator furioso vel actor universitati. Item et si procurator absentis stipulatus est dari domino. Verum tamen licet alteri stipulari vel paciscari nemo possit. nisi ut dictum est supra sit tamen. adiciat penam stipulatio pene tenet sibi dabendi. ut si ita stipuletur promittis quod dabis ticio C. et si non dederis ei dabis michi duplum pene nomine ultima stipulatio pene tenet licet principalis non teneat. Unde cogetur ille nisi dedit ticio C. dare michi penam. Quando autem pena possit exigi et quando non habetur infra ubi tractatur de pactis. Verum quia interdum obligationes non tenent nisi renuntiationibus appositis ideo circa de renuntiationibus subinfertur.

De renuntiationibus. R.

Defensiones exceptiones et beneficia a legibus sunt quedam in favorem quedam in hodium introducta. Unde contingit quod ille pro quo quibus vel quarum occasione introducta sunt per illa convincetur ne teneantur de illis obligationibus quas fecerunt. Verum quamvis regulariter traditum quod licitum est renuntiare hiis que pro se sunt introducta. Aliquando tamen sunt defensiones exceptiones et beneficia quibus renuntiari non potest. et si renuntiatum renuntiatio non impedit. quominus ipsa beneficia et exceptiones opponi possint. Aliquando vero sunt quibus renuntiari potest. et renuntiatio factum tenet. et ille per se quem ante renuntiationem per illa beneficia iuvabatur. Aliqua autem sunt quibus quo ad quod renuntiari potest et quo ad quod non. Est igitur de singulis videndum et primo de illis quibus renuntiari non potest. Beneficium macedoniani senatusconsulti competit filiofamilias qui pecuniam mutuo accepit sine patris voluntate et non solum competit ei interim dum est in potestate patris verum etiam postquam factus est sui iuris et etiam competit heredi ipsius filii fa. et ei fideiussori. Et huic beneficio quia introductum est in hodium feneratoris renuntiari non potest. Beneficium restitutionis competit minoribus toto tempore minoris etatis. et eo finito infra quadriennium continuum si in minori etate decepti fuerint eorum facilitate vel adversarii calliditate. Et huic beneficio non potest renuntiari quia eo ipso deciperetur si renuntiaret minor. Beneficium ut quis condempnetur in quantum facere potest et non ultra. i. habita ratione ne egeat. competit marito et ei patri quando convenitur ab uxore et competit uxori et ei patri quando convenitur a viro. Item competit patrono quando convenitur a liberto. Item competit socio quando convenitur a socio. Item competit patri quando convenitur a filio vel a filia. et huic beneficio non potest renuntiari. Beneficium quod dicitur quod dicit ne liber homo ob es alienum obligetur. et huic beneficio renuntiari non potest. quia hec renuntiatio esset dampnosa et contraria libertati. Beneficium seu privilegium fori quod competit forensi. dicitur quod reus debet conveniri sub suo iudice. quia actor sequitur forum rei et non reus forum actoris nisi in quibusdam casibus. Et huic privilegio fori solo pacto non renuntiatur: sed adhuc ut reus possit etiam alibi quam in suo foro conveniri promittet solutionem facere ubicumque fuerit petitum ab eo. quia ibi tenetur solutionem facere ubi se convenit. Beneficium seu privilegium fori quod competit clericis dicitur quod licet clericus de iure communi subiectus sit iudici seculari per privilegium tamen potest declinare et dicere quod velit tamen coram suo episcopo respondere. Et huic beneficio iure canonico non renuntiatur: quia est introductum in favorem totius clericatus et non alicuius clerici specialis. Exceptio non numerate pecunie sive non tradite vel reddite rei aliquando competit. infra duos

N

renuntiatio facta postea non [illegible]

annos aliquando infra .xxx. dies aliquando infra annum aliquando infra tres menses. Ecce enim debitor qui confitetur se mutuo pecuniam accepisse quam non recepit potest opponere exceptionem non numerate pecunie infra duos annos a die confessionis facte. Creditor enim qui confessus est se sub spe future numerationis creditum suum recepisse a debitore habet exceptionem non solute pecunie infra .xxx. dies. Maritus autem qui confessus fuit sub spe future numerationis dotem accepisse habet exceptionem non numerate dotis que est opponenda infra annum post solutum matrimonium et hoc si matrimonium duravit minus duobus annis. vel est opponenda infra tres menses si matrimonium duravit plus biennio sed minus decennio. Et predictis exceptionibus non potest renuntiari et si renuntiatur: renuntiatio non impedit quin infra dicta tempora opponi possit. Ceterum tamen in hoc prodest renuntiatio. quia si non esset facta renuntiatio deberet probare adversarius confitentis se pecuniam ipsam solvisse. At postquam facta est renuntiatio incumbit confitenti et renuntianti probare pecuniam non esse solutam. et ita renuntiatio convertit honus probationis in renuntiantem.

Lex illa rubrica et nigri tituli codicis ne fideiussores vel mandatores dotium dentur. prohibet fideiussorem dari pro dote restituenda in eventum restituende dotis. Unde licet quidam faciat hominem dici fideiussorem renuntiare rubro et nigro tituli codicis que ne fideiussores vel mandatores dotium dentur: ipsa tamen renuntiatio facta non valet. quia talem fideiussorem dari prohibetur a lege. et illud quod fit contra legem pro infecto debet haberi. Sed hoc viso videamus de beneficiis illis quibus renuntiari potest. et quorum renuntiatio impedit ne opponi possit. Est quoddam beneficium quod vocatur nova constitutio de pluribus reis debendi. que constitutio dicit quod si plures sunt rei debendi hoc est plures debitores. dicitur enim reus ille qui debet. qui omnes sint ydonei et solvendo huic beneficium divisionis quia potest dicere unusquisque quod pro sua tantum parte tenetur. Set ad hoc ut unusquisque teneatur in solidum duo necessaria sunt. scilicet quod promittant et se obligent in solidum et renuntient dicto beneficio. scilicet beneficio nove constitutionis de pluribus reis debendi. Epistola divi adriani est quedam lex cuius beneficium competit pluribus fideiussoribus et dicit quod si plures sunt fideiussores et sint ydonei et solvendo debeat unusquisque conveniri pro parte sibi contingente. id est pro rata. Sed adhuc ut unusquisque teneatur in solidum renuntiet beneficio epistole divi adriani. Est quoddam beneficium nove constitutionis quod competit fideiussori seu fideiussoribus quod quidem dicit quod si principalis et fideiussor ambo in debito et sint ydonei et solvendo debet primo conveniri principalis quam fideiussor. Sed adhuc ut fideiussor possit quandocumque voluerit creditor conveniri renuntiet beneficio nove constitutionis de fideiussoribus. Et nota quod quandocumque duo vel plures principales se principaliter et in solidum obligent: habent locum ibi omnes predicte tres renuntiationes. et debent poni hoc modo. Renuntiantes nove constitutioni et epistole divi adriani beneficio. Unde enim periculo intercedit. qui se obligat ultra partem sibi contingentem. Condictio indebiti dicit quod si aliquis indebite solverit utpote non tenebatur solvere potest illud repetere. et huic conditioni bene renuntiatur. Condictio sine causa dicit quod si aliquis ab initio obligatus est sine causa vel ex iniusta causa non teneatur. et huic beneficio potest renuntiari nisi fieret propter dolum. Exceptio doli mali est quod aliquis dicit se dolo et calliditate alicuius inductum esse. Et huic exceptioni ob dolum preteritum potest renuntiari. Est beneficium fori quod competit scolaribus. scolaris enim qui bononie moratur: subiectus esse deberet communi iudici bononiensium. eo quod bononie habitat. sed per privilegium potest declinare et dicere quod velit coram suo doctore conveniri. et huic beneficio potest renuntiari. Est beneficium quod dicitur conditionis incertum quod habet locum quando aliquis institutus heres rogatus est hereditatem vel certam partem alteri restituere. sive quando aliquis institutus est heres. et si ipse decesserit sine liberis substituitur ei alius. quia substitutus habet ius in ipsa hereditate eo quod adveniente conditione debet in eum venire hereditas. et hoc tale fideicommissum dicitur incertum conditionis. quia incertum est an institutus decedat sine liberis. et huic conditioni potest substitutus renuntiare. Beneficium iuris ypothecarum competit uxori in bonis suis quia omnia bona mariti sunt tacite obligata uxori pro dotibus suis. et huic beneficio potest uxor renuntiare et viro contrahentibus si tamen certificatur mulier quod illud beneficium competit sibi et dicatur ei expressim quid in eo continetur. debet enim mulier semper certificari de iure suo quia licitum est mulieribus ignorare iura. Item predictum beneficium iuris ypothecarum competit et creditori si bona debitoris sui sint expresse vel tacite obligata. et huic beneficio

pot creditor renuntiare. Beneficium uelleia
ni senatus consulti competit mulieribus intercedenti
bus seu se obligantibus pro alio. et dicitur illud benefi
tium quod si mulier fideiubet. uel pro alio se obligat
non tenetur regulariter. et huic beneficio potest
mulier renuntiare si tamen certificetur ex eo. Et
nota quod quando mater recipit tutelam filii uel auia
tutelam nepotis debet renuntiare secundis nup
tiis. Ceterum uidendum est de illis beneficiis quibus
quo ad quid renuntiari potest et quo ad quid non.
Est quoddam beneficium redibitorie quod competit ei
qui ignorans emit rem morbosam uel uiti
osam ex hoc enim beneficio potest agere contra ue
ditorem ut reddat sibi pretium et recipiat rem
et hec redibitoria competit infra sex menses. Item
est aliud beneficium quod appellatur quanto minoris
quod dicitur quod si aliquis emit animal uel rem uitiosam
quam nesciebat uitiosam esse potest agere contra uendi
torem petendo illam partem pretii sibi reddi quam
non dedisset si sciuisset illud animal adeo uitiosum
et hoc beneficium competit infra annum. et beneficio
predictarum actionum potest emptor renuntiare. et renun
tiatio predicte uenditori si ipse uenditor rei mor
bum uel uitium ignorabat. Si autem rei mor
bum uel uitium sciuit et illud subtacuit non
emptorem certificauit ratione doli a uenditore commi
ssi non ualet renuntiatio predictarum actionum. Est
quoddam beneficium ne quis cogatur in diebus fe
riatis. Aliquando tamen contingit quod potest renuntiari fe
riis et diebus feriatis et aliquando non. Nam si fuerint
feriati sunt ratione messium uel uendimiarum
uel uoluntate litigantium potest ipsis feriis
renuntiari. Sed si sunt feriati in honorem dei
ut dies paschales et natales domini et circumcisi
onis et dies dominica non potest renuntiari. quia pac
to priuatorum reuerentia diuini numinis remit
ti non potest. Et hec de renuntiationibus dicta suffici
ant. Igitur uiso de contractibus et contractuum par
tibus et diuisionibus superest uidere de pactis. De pac
tis.

Quia hic tractatur de pactis intendo est.
primo quid sit pactum et unde dicatur. R.
Secundo de pactorum diuisionibus. Tertio quibus
et super quibus pactum et quando pena in pactis
apposita committatur. Pactum est consensus
duorum uel plurium in idem alteri ab altero paciscen
dum dandum uel faciendo. Et attende dilige
ter singula uerba diffinitionis. Pactum enim
consensu perficitur. ut in emptione et uenditione. et

et hoc ad differentiam stipulationis in qua non solum
consensus sed et uerba necessaria sunt. Item necessari
um est. ut in pacto sint duo uel plures et quod sentiant in
idem dandum uel faciendum. et bene dixit in idem
et non in eodem. quia si ego et tu consentiamus quod secta
tes est lapis non est pactum quia talis consensus non
obligat unum alteri nec est de dando uel facien
do. Dixit etiam alteri ab altero quod si consentiamus
quod unus nummum det titio uel quod titius det unum no
strum non est pactum cum alteri stipulari uel
pacisci nemo possit. et cum non obligetur aliquis
regulariter negotium alterius promittendo. Et
dicitur autem pactum a pactione. i. pactis a cti
hoc est a pace et actu. nam qui paciscuntur ex diuer
sis et diuersis animorum motibus post multa uaria
que certamina in unam consonantem deducuntur
sententiam. Vel dicitur pactum a palmarum percussi
one. quia consentientes adinuicem palmas sibi so
lent percutere. Et est pactum generale ad omnia que a
guntur causa obligationis contrahende uel tollende.
Pactorum multe sunt diuisiones. sed de aliquibus
hic tangitur. Prima diuisio est quia pactorum
quedam sunt utilia quedam inutilia. Utilia
pacta sunt pacta uestita que ratione personarum et ratio
ne rerum secundum iuris ordinem fiunt. hoc est quod persone que
pactum faciunt. sint tales que se obligare pos
sint. et res super qua fit pactum sit talis que non sit
prohibita a lege alienari. et in obligatione fuerint
ordo iuris ut supra dictum est de personis et rebus
et obligationibus. Inutilia uero sunt que fiunt contra
leges constitutiones edicta pretorum et in fraudem. Con
tra leges dicitur fieri pactum quia alienatur pre
dium minoris sine decreto uel quando alienatur fun
dus dotalis. Constitutiones fit quando aduocatus
paciscitur cum clientulo de quadam parte litis
habenda pro salario suo. Contra edictum pretoris
fit ut si fiat pactum quod liceat alicui facere fur
tum sine pena. In fraudem autem fit pactum
diuersis modis quia aut fit fraus de persona ad perso
nam aut de re ad rem aut de contractu ad contractum
alterum. Aut de contractu ad contractum eundem.
Aut de nomine ad nomen. Aut de facto ad factum.
De persona ad personam fit fraus ut puta ego tu
tor uel curator quia prohibeor aliquid emere de bonis
pupilli uel adulti mei illud non emo per me. sed
per interpositam personam sicut per uxorem uel filium
uel etiam extraneum meo tamen nomine. De re ad
rem fit fraus. scilicet cum prohibitum sit mutuare

pecuniam filio familias. ego pecuniam non mutuo sed aliquam rem do sibi ut ipse illa vendita utatur pecunia. ¶ De contractu ad contractum alterum fit fraus ut puta vir et uxor constante matrimonio prohibentur invicem donare. unde non donat sed donationis causa vendit. ¶ De contractu ad contractum eundem fit fraus ut puta cum deb[eo ea]ndem pecuniam mutuare titio et mulier velet fideiubere pro eo. ergo e converso ne mulier defendatur velleiano mutuo pecuniam mulieri et titium [eius] fideiussorem accepi. ¶ De nomine ad nomen fit fraus ut si prohibetur aliquis esse procurator alicuius et ipse facit se eligi non in procuratorem sed in defensorem vel curatorem quod idem est mutato tantum nomine. ¶ De facto autem ad finem fit fraus ut puta vendidi tibi ancillam meam eo pacto ne prostitueres eam in lupanari ad faciendum questum sui corporis. tu vero in lupanari non reposuisti eam. sed in caupona ut ibi ministraret quod idem est quantum ad effectum. ¶ Item nota quod non solum predictis [...]rationibus sed etiam quibusdam aliis occasionibus pacta redduntur inutilia. Ecce enim si pactum factum est inter debitorem et creditorem ne liceat creditori pignus distrahere non valet. et est ratione debitoris inutile est ad delinquendum i. solutionem denegandam. ¶ Item pactum in quo quis generaliter in se suscepit casus fortuitos non valet. Et est ratio quia quis generaliter et sub involucro verborum suscepit quod specialiter suscepturus non esset. ¶ Item de dote pactum ulteriore die reddenda non valet. et est ratio quia dampnosum est doti et publice utilitati. ¶ Item pactum factum ut maritus dampnetur uxori ultra id quod facere possit non valet. et est ratio quia contra bonos mores esset. ¶ Item pactum factum inter militem et eius adversarium quod miles possit esse procurator non valet. ea videlicet ratione quia contrarium esset publice utilitati. eo quod milites non debent scire arma et non iura. ¶ Item pactum quo remittitur expressim sacramentum calumpnie non valet. et hoc ideo quia publice utile est ut lites sine omni suspicione procedant. ¶ Item pactum factum de pena non revocando non valet. quia legibus statutum est ut non obstante huiusmodi pacto penam revocari possit. Secunda divisio est quia pacta alia sunt vestita alia nuda. ¶ Pacta nuda sunt illa que non continent causam. nullus enim est efficatie alicuius rei traditio sine causa. et etiam dicuntur nuda illa que non vestiuntur aliquo modo sicut scriptor sex vestimentorum. Et hec nuda pacta non sunt efficatia ad obligandum vel agendum licet prosint ad defendendum quia nudum pactum regulariter non parit actionem vel exceptionem. ¶ Pacta autem vestita sunt efficatia et utilia ad obligandum et ad agendum. et dicuntur pacta vestiri [sex] modis s. re. verbis litteris consensu. coherentia contractus et interventu rei. Sed de predictis iiii. primis modis supra habemus exempla ubi tractatur quibus modis contrahitur obligatio. ¶ De quinto vero hoc est coherentia contractus est exemplum ut puta vendidi tibi domum et in ipsa venditione intervenit pactum quod ego debeam morari in domo usque ad annum. istud ultimum pactum per se factum non valet quia nudum est. sed coherentia et gratia illius pacti vestiti i. venditionis in qua positum est valet. De sexto autem i. rei interventu est exemplum ut puta promisi tibi dare aliquid ut tu michi dares aliquid vel faceres. unde in continenti cum tibi dederim quod promisi statim vestitum est pactum ex parte mea et non interventu eius quod dedi es michi obligatus ad id dandum quod promisisti. Et nota quod quatuor primis modis non dicatur proprie pactum vestiri quia illud dicitur vestiri quod nudum est. Sed pactum quod fit re verbis vel litteris vel consensu ab ipso instanti nativitatis sue procedit vestimentum et cum suo esse accipit vestimentum. Pactum vero quod vestitur coherentia contractus et interventu rei primo erat nudum sed huiusmodi intervenientibus accipit vestimentum.

¶ Tertia divisio est quia pacta alia consistunt in dando alia in faciendo. In dando ut si conveni tibi dare .C. vel equum vel aliam rem. In faciendo ut si conveni tibi facere foveam vel domum. Quarta divisio est quia pacta alia sunt expressa alia tacita. ¶ Expressum est ut si conveni tibi aliquid dare vel facere. Tacitum est ut si conduxi domum tuam et in eam res meas induxi tacite videor pepigisse tecum ut inventa et illata sint tibi obligata pro pensione. ¶ Item tacitum pactum est ut si creditor restituit debitori cyrographum sive instrumentum debiti quia tacite videtur ei fecisse pactum de non petendo. ¶ Item tacitum pactum est ut si habebam tres debitores qui michi tenebantur in quindecim et erat unusquisque in solidum obligatus. unde ego recepi ab uno eorum v. et ita videor renuntiasse eum solidi et pactum fecisse tacite non petere ab uno quoque aliorum nisi ⁊

⁊ NB. verba hic abrupta, sequuntur fol. 83.

liberationibus. iudex in hiis procedere debeat non nunc est
sed iudicum officium. Contingit tamen quod predium
minoris aliquando sine decreto alienari potest. videlicet
quando defunctus ex cuius bonis predium illud peruenit.
ad minorem hoc in ultima uoluntate iussit. Vel si
minor hoc a principe impetrauit. Alie uero res mino-
ris que seruando seruari non possunt ut sunt uestes usu de-
trite uel corrupte et fructus ut poma uinum oleum
frumentum et animalia superuacua uendi possunt a tuto-
ribus sine decreto. Ceterum nota quod appellatione prediorum in-
telliguntur urbana et rustica predia. Item pro-
hibita est alienatio filio familias de rebus patris si-
ne iussu patris. Patri uero familias prohibita est
alienatio rerum que obuenerunt filio ex aduenticio pe-
culio. et dicitur aduenticium peculium quod filio familias ob-
uenit ex successione matris uel alicuius sibi coniuncti per
lineam maternam uel ex aliqua prospera fortuna et non ex substantia
patris uel eius contemplatione. quod etiam aduenticium
a filio alienari non potest nisi consensu patris cum ipsius
peculii proprietas sit filii et usus fructus patris. In
fraudem tamen. scilicet quando filio imminet ex alieno potest pa-
ter aduenticium alienare. Primo mobilia postea
inmobilia ne filius familias usurarum onere pregrauetur.
De profecticio uero peculio non potest filius familias con-
trahere cum nichil ad eum sed totum ad patrem pertine-
at pleno iure. et dicitur profecticium quod obuenit filio ex
substantia uel ex rebus patris. De castrensi autem et quasi
castrensi peculio potest filius familias tam cum patre
quam cum alio quocumque contrahere et paciscí quia in hiis
ut pater familias habetur. et totum scilicet proprietas et us-
fructus ad filium spectat et nichil ad patrem. Et dicitur
castrense peculium id est militare id quod dici potest quod filius
familias acquisiuit in castris stantium. Quasi castrense
dicitur id est quod militare quod acquirunt filii familias aduocati
et magistri liberalium artium et medici et principum offi-
tiis. Item prohibita est alienatio fundi dotalis scilicet in-
estimati dati in dotem quia si extimatus esset non diceretur
dotalis sed empticius. hic fundus dotalis uendi aut
donari aut alio modo alienari non potest neque ab uxo-
re neque a uiro etiam consentiente et uolente uxore quia
hoc prohibet lex. et id quod fit contra legem pro infecto habi-
tum debet. Item est in fundo qui dotalis et dicitur fun-
dus qui dotalis ille qui legatus est suo inextima-
to dato in dotem. Verum tamen licet fundus dotalis uo-
luntarie alienari non possit. permittitur tamen ip-
sius alienatio si ex necessitate contingat. scilicet quando mu-
lier dedit in dotem portionem fundi pro indiuiso
inextimatam et maritus prouocatus est ad diuisio-
nem a socio fundi tunc enim ex necessitate contin-
git uidetur alienare quando prouocatus est. sed secus quando prouocauit
quia tunc esset uoluntaria alienatio. item est necessa-
ria alienatio quando maritus noluit cauere in terminos
de dampno infecto cum dotale predium minabatur
ruinam. et ob hoc uicini missi sunt in possessionem ex primo
et secundo decreto. Verum hec alienatio non est uoluntaria
sed necessaria. quando quia etiam fit alienatio fundi do-
talis ut puta si mulier expediat quod fundus commuta-
tur in pecuniam ut quia uxor illum uendat pro redimen-
do uiro filia parente patre. et soror parente fratre
laborantibus inopia. Item fit et alienatio
fundi dotalis illius scilicet quando loco ipsius alium fundum
accipit maritus in dotem. Item prohibita est alienatio
illius rei quam testator in sua ultima uolunta-
te prohibuit alienari si ipse expressit causam quare
noluit eam alienari. uel si ipsa causa apparet cuius
occasione prohibita est alienatio. Item prohibita est aliena-
tio rei litigiose. Et dicitur litigiosa de cuius dominio res
causa mouetur inter petitorem et possessorem. Fit autem
res litigiosa in continenti oblato libello. Huius liti-
giose rei prohibita est alienatio adeo ut magne impo-
site sint pene danti et accipienti litigiosam rem.
Et enim ille qui accipit emptionis uel donationis ti-
tulo uel alio quocumque contractu rem litigiosam siqui-
dem sciebat rem esse litigiosam cogitur rem reddere.
et nichilominus priuatur pretio. quod ille qui alienauit
et ipsum pretium recepit cogitur prestare fisco et tantundem
de suo. Si autem ille qui accepit ignorabat rem li-
tigiosam esse. rem omnino reddere debet. et pretium si-
bi restituetur a uenditore. que uenditor tantundem de suo
dabit emptori et fisco. scilicet emptori tertiam partem quia eum
decepit debuit enim sibi dicere rem in lite esse. Re-
liquas uero duas partes dabit fisco. Et hec pena etiam
locum habet in donatione rei litigiose. ut secundum ueram
extimationem ea puniatur utique ut dictum est in emptione.
In casibus tamen permittit lex rem litigiosam aliena-
ri. scilicet causa dotis uel donationis propter nuptias uel trans-
actionis uel diuisionis. Item inutilis est contractus
si quis rem suam pure stipuletur. uel emat secus uero
si sub conditione emat. quia in euentu conditionis ualebit
emptio ut puta si emat si res desinet esse sua.
quia tunc adueniente ipsa conditione. tenetur rem emere
et dare ei. alioquin dare extimationem rei. Item
etiam ualet emptio rei proprie ratione possessionis quam
emptor non habebat. uel ratione alterius iuris quod de-
ficiebat emptori in re sua. Emptio tamen rei alie-
ne permissa est. quia rem alienam uendere quis potest


nulla dubitatio est. Sed hoc primum est in preiudi
tium uendentis et non in preiuditium uerum domini. quia
cum uenditor rem tradere debeat et rem alienam
tradere non possit ei erit preiuditium. quia tenetur de
euictione si recepit pretium. Et nota hic quod uenditor
debet rem tradere i. facere quod emptor habeat rem uacu
am possessionem. hoc est dicere quod emptor potior sit in ea pro
prietate ita quod deuinci ab eo non possit aduocari. nam
si quis aduocauit eam prius est ac si non esset tra
dita. et si non sit aduocata. si potest aduocari non
uidetur esse tradita. Hec autem traditio facit em
ptorem dominum si uenditor erat dominus sed si non erat ob
ligatur nomine euictionis si pretium sit solutum.
Sed distingue hic de euictione aut emptor sciens
alienam rem emit aut ignorans. si sciens emit
alienam rem item distingue quia aut fuit sibi
cautum de euictione aut non. si non si non fuit sibi
cautum non aget de euictione contra uenditorem immo
pretium quod dedit perdet. Sed si fuit cautum per
promissionem stipulatam tunc tenebitur
uenditor ad pretii restitutionem et ad omne id quod
promissum erit per stipulationem. siue illud sit duplum siue
triplum. et etiam ad interesse. Si autem ignorans emit
rem alienam et fuit sibi cautum per stipulatam pro
missionem idem iuris est. Si uero non fuit sibi ca
utum aget ad pretium et interesse non ad duplam
sed ad simplam. et hec exempla contra eius. Item nota quod
rei aliene prohibita est obligatio uel pignoratio sine
consensu et uoluntate illius cuius est. et creditor qui alienam
rem in pignore accepit non habet in ea ius pignoris
uel ypothece in aliena re constituere non potest.
eo quod nemo potest plus iuris in alium transferre quam
ipse habet. Dicitur autem pignus proprie res mobilis
que obligatur et creditori datur. unde res pignorata
quasi pugno tradita. ubi autem non transit possessio in
creditorem dicitur ypotheca uel obligatio. unde sim
plici appellatione obligationis bonorum continetur mo
bilia et inmobilia presentia et futura. In pi
gnore tamen nota quod si inter creditorem et debitorem
interuenit pactum. ut si debitum non fuerit solu
tum ad terminum liceat creditori distrahere pi
gnus potest creditor ex precio pignoris distrahere termino
acto transacto. Sed si quid ultra id quod sibi debetur
ex pignore acceperit tenetur id debitori restituere.
Si uero minus contra debitor ad supplementum tenetur.
Si autem nullum pactum in pignore distra
hendo interueniat. tunc elapso die solutionis debi
ti debet creditor denuntiare debitori ut luat

pignus quod si non fecerit extunc elapsis duobus
annis poterit creditor illud distrahere. Et nota quod
si fiat pactum inter eos quod nisi debitor ad terminum
soluat pignus sit creditoris hoc pactum omnino non
ualet. quia contra bonos mores est. et ideo prohibitum a lege.
Sed si fiat pactum ut si in statuto termino non
sit soluta pecunia iure emptionis possideat creditor
rem pignoratam iusto pretio extimandam tenet
pactum quia est quedam conditionalis uenditio.
Item inutilis contrahitur super rebus que in rerum natura non sunt
nec fuerunt. ut si stipuletur quis ypotecentaurum uel cy
meram. Item si quis stipuletur res que sunt impossi
bile est dari ut lunam uel solem uel aureos mon
tes. Item si quis stipuletur rem que licet fuerit tamen
modo non est ut si stipuletur stichum mortuum non
ualet stipulatio nisi mora precessit mortem. ut quia
aliquis promisit dare stichum et non dedit die consti
tuta si fuit in mora et postea mortuus est stichus
tenetur in extimatione stichi qui fuit in mora.
Item si quis stipuletur stichum mortuum ab eo
qui fuit in mora uel impuit stichum quia tenetur in extimatione
stichi. Valet tamen si quis stipuletur rem que non
est sed futura speratur. ratione spei ualet stipulatio ut
puta stipuletur futurum partum ancille uel futuros
fructus. uel si emit iactum retis quia in eo dicto
ut si quid capiatur illud debeatur. Item prohibita
est alienatio mancipii christiani iudeorum quia non
licet iudeo possidere mancipium christianum. Item
prohibetur alienatio illarum rerum que a commertio omnium
sunt exempte ut sunt res sacre religiose sancte publice.
et liber homo. Sunt autem res sacre que publice et
non priuatim per pontifices sunt dedicate ut ecclesie.
Religiose non sunt sepulcra in quibus homines infe
runtur. Sancte sunt muri et porte ciuitatum et
municipiorum. ideoque pena capitis imponitur ui
olatoribus earum rerum. si quis uidelicet ingreditur ci
uitatem uel municipium alibi quam per portas.
Publice sunt flumina et portus. et que sunt dedica
ta usibus populi ut forum et stadium. Est igitur contractus
inutilis inter supradictis rebus. et hoc si emptor et uen
ditor sciuerunt res tales esse. immo emptor qui sci
enter huiusmodi rem accepit perdet pretium et rem. Sed
si emptor ignorans a uenditore sciente comparauit te
netur sibi uenditor in id quod sua interest se deceptum
esse. Verum tamen fallit in super fundis uasis ecclesie que si
debitum imminet uendi possunt integra aliis
uenerabilibus locis uel conflata priuatis personis. Item
fallit in libero homine qui uendi potest et alio modo

alienari non intueniant ea que in alienatione liberi hominis intuenire debet ut notatum est supra in personarum diuisionibus. ¶ Cetere autem res ecclesie prohibite sunt alienari. nisi urgeat debitum quod ex mobilibus solui non possit. quia tunc res ecclesie immobilis dari potest. primo impignorare creditori ut ipse creditor tam diu teneat eam quod de fructibus sibi sit pro sorte et usuris satisfactum et si non inuenitur qui pignori uelit accipere tunc rector domini coram episcopo debet iurare presente maiore parte ibidem seruientium quod debitum urget. et quod illud de mobilibus solui non potest. et hoc facto debet res subhastari et stare uenalis .xx. diebus ut plus offerenti detur. et tunc demum debet uendi plus offerenti cum auctoritate episcopi et cum consensu ibidem seruientium uel maioris parte fratrum interueniente de predictis omnibus sollempnitatibus et hec secundum leges. Sed secundum iura canonum ualet uenditio rei imobilis ecclesie et si solum intueniat ille sollempnitates que intueniunt in emphiteoticas concessionibus. scilicet quod intueniat auctoritatem episcopi et consensus capituli et assignetur utilis causa. quod si non inuenitur emptor debet dari in solutum creditori adiecta decima in precio unum se extimationis hoc est si ualet res .x. debet dari pro .xi. ¶ Item potest uendi predium ecclesie inutile propter honus fiscalium. id est propter euitandum honus tributorum debendorum hoc iurante prelato quod ex hac causa uendit et non ex alia. Sed in quibusdam casibus omnio prohibetur alienatio rei ecclesie. scilicet alienato monasterii uel ecclesie que sit ad hoc ut redeat in antiquum et secularem statum. ¶ Item illius rei quam princeps donauit ecclesie. ¶ Item illius rei que data est ecclesie eo pacto ne alienetur. ¶ Item prohibetur alienatio rei ecclesie in hereticum. ¶ Et hec de inutilibus contractibus ratione rerum dicta sufficiant. Restat ergo uidere quibus modis nobis rerum dominia acquiruntur.

Quibus modis dominia rerum adquiruntur

Dominia rerum acquiritur nobis aut iure gentium aut iure ciuili. ¶ Est autem ius gentium quo omnes fere gentes utuntur. siue omni humano generi commune ut sunt bella captiuitates seruitutes et huiusmodi. ¶ Ius uero ciuile est quod quisque populus uel ciuitas sibi proprium constituit. Sed quoties non addimus nomini ciuitatis cuius sit Romanorum ius intelligimus. ¶ Acquiruntur itaque nobis dominia rerum iure gentium multis modis. sed nobis sufficiat de quinque quidem. ¶ Nam acquiritur nobis dominium iure gentium occupatione ut si feras bestias uel uolucres uel pisces uel alia animalia que in celo terra mari que nascuntur capiamus. quia cum illa in nullius bonis sint naturali ratione occupanti conceduntur nec interest utrum quis capiat ea in suo fundo an in alieno. ¶ Item inuentione ut si quis in fundo alieno thesaurum non data opera ad hoc. si fortuito casu inuenerit dimidium est inuentoris et dimidium est domini fundi. ¶ Item alluuione ut cum alluuio aliquid agro tuo adiecit id tibi acquisitum est. Sed per alluuionem id uidetur adici quod ita paulatim adicitur ut intelligere non possis quantum ex quo momento temporis adiciatur. quia alluuio est latens incrementum. ¶ Item captione quia si de bonis hostium nostrorum aliquid capimus id nostrum est. Item traditione quia si ille qui est dominus rei et est abilis persona ad tradendum ut quia sit legitime etatis et sane mentis et liber homo tradit rem suam ex causa abili ut puta uenditionis donationis dotis uel similis transfert dominium in accipientem. ¶ Iure uero ciuili acquiritur nobis dominium usucapione. Et est usucapio acquisitio dominii per continuationem possessionis temporis lege diffinito. ¶ Usucapimus enim dominium rei mobilis per continuatam annis possessionem triennii si ista intueniantur. videlicet quod res illa careat uitio. id est non sit furtiua uel ui possessa. et quod ille qui uendit uel alio modo tradit. licet non sit dominus bona tamen fide dat credens se dominum. et ille qui accipit bona fide accipiat credens se a uero domino accipere. ¶ Acquiritur nobis dominium rerum immobilium per longam prescriptionem. scilicet .x. annorum inter presentes et .xx. inter absentes. Et est prescriptio exceptio ex tempore causam trahens uel ita diffinitur sicut usucapio. Inter presentes autem intellige. id est si actor et reus sint in eadem prouintia. Inter absentes si sint in diuersis prouinciis. et hoc quando actor nullo tempore prescriptionis fuit presens. ¶ Ad hoc autem ut prescribamus rem immobilem ista necessaria sunt. scilicet bona fides ex parte dantis et accipientis uel ille qui dat bona fide credat se dominum et ille qui accipit bona fide hoc idem credat. ¶ Item iustus titulus. scilicet quod detur ex titulo uenditionis uel donationis aut dotis siue alio iusto titulo. Item continuata possessio. id est quod continuo possedit infra dicta tempora. Item quod res non sit uitiosa. id est non ui possessa non sacra religiosa uel publica uel que non sit pupilli et que non sit presidi data contra legem ab eo qui subiectus erat siue potius quia res iste prescribi non possunt. Item acquiritur nobis dominium iure gentium arrogatione. quia si pater familias hominem sui iuris in filium arrogat



ipsi arrogati transeunt in patrem arrogatorem.
Item in monasterium clausum quem ingressum monasterium se et sua deo dedicat. et ideo eorum bona in monasterio acquiruntur. Item per successionem ex testamento vel ab intestato et etiam aliis quibusdam modis. sed de predictis sufficiat. ergo cum in summa sit de duobus ex quibus contractus constat. scilicet de personis et rebus restat nunc de tertio videre. scilicet de obligationibus. **De obligationibus et earum divisione. rubrica.**

Obligatio est iuris vinculum quo necessitate astringimur ad aliquid dandum vel faciendum secundum romane civitatis iura. id est ut secundum ius romanum fiat et non contra. Obligationum autem alia naturalis tantum alia civilis tantum alia naturalis et civilis simul. Naturalis obligatio est que naturalem equitatem in se continet. et hac naturali sola obligatione se obligat pupillus proximus pubertati sine tutoris auctoritate. non factus locupletior nec dolum committens. Item servus cuilibet persone. Item pater filio in eius potestate existenti. et filius patri. his sola naturali obligatione sed se obligat set non tenentur. quia naturalis obligatio est inefficax ad agendum. Civilis obligatio est cum quis sollempnitate iuris astrictus est. sed naturalis equitas eum teneri non suadet. sicut est in his qui confessus fuit per scripturam se ex causa mutui pecuniam recepisse sub spe future numerationis quam tamen non recepit. Unde licet secundum ius civile sollempniter facta sit obligatio naturalis tamen equitas non vult quod ipse teneatur solvere quod non recepit. Unde infra biennium potest opponere exceptionem non numerate pecunie quam si non opposuerit infra biennium extunc vult naturalis equitas quod sibi imputetur et tenetur naturaliter et civiliter. Vides ergo quod naturalis per se et civilis per se est inefficax ad agendum. Naturalis et civilis simul obligatio est. cum persona habilis que potest efficiatur obligari cum iuris sollempnitate et se obligat. id est quando naturalis equitas vult eum teneri et iuris sollempnitates intervenerunt. Et hec est efficax ad agendum. Obligationum que sunt naturalium et civilium. alia est ex contractu alia ex quasi contractu. alia ex maleficio alia ex quasi maleficio.
Est autem obligatio ex contractu que ex pactione contrahitur. et que ex ipso pactione contractu descendit. ut emptio venditio locatio conductio. et donatio et huiusmodi. Ex quasi contractu est quando aliquis gerit negotium alicuius sine mandato ut tutor et curator et similes persone. isti non contraxerunt cum illo cuius negotium gerunt. Unde quia non tenentur ex contractu

Restat ut ex quasi contractu teneantur. Ex maleficio est quando aliquis furtum rapinam vel iniuriam alicui fecit hic tenetur ex maleficio. Ex quasi maleficio est quando aliquis directe non deliquit sed quasi ut est quando ex domo sua vel in qua habitabat aliquid effusum est vel deiectum quod alicui nocuit. Contrahuntur autem obligationes aliquando re aliquando verbis aliquando litteris aliquando consensu. Re contrahitur obligatio in mutuo commodato deposito. et in pignore. ex re enim mutuata teneris michi ad similem rem reddendam. et ex re commodata deposita vel pignorata teneris michi ad eandem rem restituendam. quia intuitu ipsius rei obligatur qui rem recepit. Verbis contrahitur obligatio per interrogationem precedentem et responsionem in continenti subsequentem. Unde nisi interrogatio precedat responsionem non valet obligatio ut puta cum coram duobus ita stipuletur ab antonio promittis michi dare. C. vel facere h. et antonius incontinenti respondeat promitto. Est autem stipulatio verborum conceptio quibus his qui interrogatus datur suum nomine id quod interrogatur est respondet. Et dicitur stipulatio a stipulo stipulum enim. id est firmum a stipite descendentes. unde stipulatio per interrogationem ponitur. Et nota quod debet fieri responsio per se sine suspensione voluntatis. Litteris contrahitur obligatio quando aliquis scripsit litteris se ex causa mutui habuisse. x. que non recepit sed hoc fecit spe future numerationis similiter licet infra biennium possit opponere exceptionem non numerate pecunie elapso tamen biennio astrictus est naturaliter et civiliter ipsis litteris ad dictam pecuniam solvendam. Consensu solo contrahitur obligatio pure aliquando in diem aliquando sub conditione.
Pure contrahitur obligatio quando non appositio diei vel conditionis promittitur aliquid dari vel promitto tibi dare. x. ex causa mutui. Unde hoc pure debetur. id est incontinenti ut promissor non debeat expectare tantum diem quo commode solvi possit. In diem contrahitur obligatio ut puta promitto tibi dare. x. hinc ad adpascha resurrectionis. Unde licet statim promissio incontinenti debitor fuerit sibi non tamen potest antea peti nisi adveniente die. Sub conditione fit obligatio ut promitto tibi dare. x. si navis venerit ex asia. Unde licet pendente conditione non oritur obligatio vel actio ea tamen secuta orta est actio. Ceterum nota quod stipulationes inutiles redduntur multis de causis. Aliquando enim stipulatio redditur inutilis ratione rei alii imposite nisi in tuo illum sit in odio vel aliquo momentum nature. quia sicut dictum est supra

alia quinque. Quinta divisio est quia pacta alia
sunt clara alia obscura. Clara sunt in quibus obs-
curitas vel ambiguitas non versatur: et hec si sol-
lempniter facta sunt servari debent. quia nichil est
quod magis hominibus conveniat quam pacta
servari. Obscura sunt que possunt habere du-
plicem intellectum. Ut si dixit venditor stil-
licidia sicut sunt rei vendite ita sint. et intellige-
bat venditor quod servitus stillicidii recipiendi
deberetur a re vendita. Emptor vero intelligebat
quod deberetur rei vendite. et hec obscura pacta inter-
pretanda sunt contra proferentem quia in eius potestate
fuit legem apertius conscribere. Sexta divisi-
o est quia pacta alia sunt gratuita et alia non gratui-
ta. Gratuitum pactum est. ut cum nullo da-
to vel promisso gratis debitum remittitur. Non
gratuitum est. transactio quia debet fieri aliquo da-
to retento vel promisso. Prosunt autem et obs-
tringuntur pacta ad illas tantum personas inter
quas facta sunt. et aliis personis regulariter non
valent. Sed fallit hoc in infrascriptis casibus.
Quia pactum de non petendo factum reo princi-
pali prodest fideiussori. nisi in paciscendo actum
sit ne prosit fideiussori. vel nisi fideiussisset ani-
mo donandi. vel nisi in rem suam fideiussisset
quia hiis tribus casibus pactum rei non prodest fideius-
sori. Sed e contra pactum fideiussoris non prodest
reo. quia licet rei intersit a fideiussore non peti eo
quod fideiussor habiturus est regressum contra eum. non
tamen interest fideiussoris a reo non peti cum reus
contra fideiussorem non sit habiturus regressum
nisi fideiussor in rem suam fideiussisset. quia
tunc fideiussor pro reo accipiendus est. et tunc et
pactum rei prodest fideiussori et pactum fideius-
soris accepti in rem suam prodest reo. Pactum
vero confideiussoris non prodest confideiussori sed si expres-
sim agatur quod prosit reo vel confideiussori prodest eis.
Item pactum unius rei debendi prodest alteri. I-
tem pactum factum cum venditore vel donatore.
prodest emptori vel donatario quia succedit in rem
ipsam. Item pactum factum cum filio vel servo
prodest patri et domino. Pactum autem procuratoris
prodest domino. et non nocet nisi in tribus casibus. scilicet
si vel habet speciale mandatum vel si in rem su-
am constitutus est. vel si habeat liberam et generalem
administrationem. Item pactum tutoris vel
curatoris prodest pupillo et etiam nocet si fiat
bona fide et non animo depredandi. Nunc

demum videndum est quando in pactis pena apposita
committitur. Et igitur sciendum quod pena in pac-
tis apposita aliquando committitur: et aliquando non.
Si enim conventio incepta a conditione ut puta si
stichum non dedero. x. dabo committitur pena
cum certum est conventum dari non posse. Si
vero incipit a precedenti pactione. ut puta promitto
stichum dare alioquin pene nomine. x. dabo. tunc
si precedens pactio est obligatoria. ut quia sit pactum
vestitum committitur pena ex quo dare potuit et
non fecit. Aut precedens pactio non est obligato-
ria et tunc non committitur pena nisi demum lite
contestata super eo quod in pacto deductum est. Item
nota quod pacta aliqua fiunt secundum leges aliqua preter
leges alia contra leges. Quando fit pactum secundum
leges ut puta quia promittitur aliquid dari vel
fieri quod lex permittit tunc si est pena promissa potest
peti vel res vel pena. id est alterum eorum solum nisi
sit dictum quod pena soluta ratum maneat pac-
tum. quia tunc utrumque potest peti. Quando
autem fit pactum preter leges. scilicet quando pacto a-
liquid promittitur. quod neque a lege expressum per-
mittitur neque expressim prohibetur: ut puto cum
promitto factum alienum et si non fiat promitto
penam vel paciscor alicui dari et si non detur stipu-
lor penam tunc licet non valeat principale
quia factum alienum promittere non possum nec
etiam alteri pacisci. valet tamen pene promissio.
Quando vero fit pactum contra leges ut quia pro-
mittitur aliquid quod lege prohibetur: scilicet res sacra vel
religiosa vel liber homo. nec neutrum valet. ne-
que principale neque pene promissio. quia quod fit lege
prohibente pro infecto habetur. Item nota quod pena
aut adicitur quantitati aut speciei aut facto. Si
pena adicitur quantitati ut puta promitto dare.
x. sub pena dupli tunc ipsa pena quantacumque
quia et qualiscumque sit reducitur ad legittimum
modum usurarum sortis promisse. et hoc ideo quia
ex quantitate pecunie solet committi fenus. Si
vero adicitur speciei ut promitto tibi dare equum
vel aliam speciem sub tali pena. x. lib. illa pena ex-
igitur tota. Item est et si adicitur facto ut puta pro-
mitto tibi facere domum vel foveam quia pena ad-
iecta speciei vel facto quantacumque sit exigitur tota.
Et hec de pactis nunc autem restat videre de istis.

Quia in summa in titulo De instrum-
[illegible] sub rubrica de probationibus tis.
que fiunt per instrumenta continetur de diffinitione

et diuulgatione instrumentorum et quibus instrumentis fides est adhibenda idcirco ne huiusmodi reiteratio fastidium generet hic omittendum duxi. quia si hec scire uolueris ad illam recurre rubricam. Sed quoniam in publico instrumento hoc est a publica manu facto duo principaliter continentur scilicet publicationes et negotii tenor qui quidem negotii tenor dicitur ipse contractus qui inter partes contrahitur et ordinatur. et omnium fere negotiorum tenores in summa ordinate inueniuntur. ibi enim est tenor emptionis et uenditionis ibi tenor constitutionis dotis ibi tenor debiti et sic de singulis. Ideo hic de solis publicationibus est uidendum. hoc est de hiis que publicum et autenticum faciunt instrumentum. Ideo enim publicationes dicuntur quia publicam et autenticam et fide dignam reddunt scripturam et que in instrumentis apponi debent et scribi solum per manum publice persone hoc est notarii qui est publica persona eo quia ipsius officium est ad publicam utilitatem inuentum. Sunt autem hee publicationes regulariter sex. scilicet annus domini Indictio dies locus. testes et nomen tabellionis licet septima publicatio in quibusdam locis et terris addi consueuerit. scilicet nomen pape uel imperatoris eo tempore regnantis quo fuit conditum instrumentum. Sed hac septima omissa de predictis sex per ordinem est uidendum. Ante quam ponantur anni domini solet poni inuocatio nominis eiusdem domini nostri hoc modo. In nomine domini amen. uel In nomine domini nostri Jhesu Christi. uel In nomine patris et filii et spiritus sancti. Hec autem inuocatio ponenda est semper in magnis et perpetuis instrumentis. Sed in minoribus et in breue tempus duraturis potest omitti. Incipiendo simpliciter anno domini etc. licet in omni instrumento et maxime et precipue inuocatio nominis domini apponi possit. quia secundum beatum paulum quicquid dicimus et quicquid facimus totum in nomine domini Jhesu Christi. Subsequenter ponuntur anni domini qui currunt tunc quando fit instrumentum hoc modo. In nomine domini amen. Anno eiusdem millesimo ducentesimo quinquagesimo sexto. et si non precedit inuocatio nominis domini ponitur simpliciter ut dictum est supra. Anno domini millesimo ducentesimo etc. Et aliquando dicitur: Anno a domino millesimo etc. et aliquando dicitur: Anno ab incarnatione domini millesimo etc. et hoc secundum morem quarundam ciuitatum que incipiunt annos domini ab incarnatione. Post annos domini subsequenter ponitur indictio hoc modo. In nomine domini amen. Anno eiusdem millesimo ducentesimo quinquagesimo sexto. Indictione quartadecima. Dicitur autem indictio ab indicendo idest precipiendo. Unde indictio idest preceptio uel preceptum. Cesar enim augustus descripsit uniuersum orbem sub tributo sibi exhibendo singulis .xv. annis diuidens orbem in tres annis partes. Cuilibet parti imposuit ut primo quinquennio daret ei certam quantitatem ferri. Alteri parti ut secundo quinquennio daret ei certam partem argenti. Alteri tertie parti ut ultimo quinquennio daret ei certam quantitatem auri. et finitis tribus quinquenniis. scilicet .xv. annis fiebat reiteratio ad primum et propterea nulla indictio transcendit quintamdecimam. Omnis enim indictio aut est prima aut est secunda aut tertia aut quarta. et sic deinceps usque ad quintamdecimam. Post quintamdecimam autem fit reiteratio ad primam. Et dicitur unusquisque annus quindene indictio. Fuit primo uero inuenta ista indictio siue fuit factum istud preceptum a Cesare augusto tribus annis antequam dominus de uirgine nasceretur. et propter hoc diuisis annis domini per quindenas si quid a quindenis superest ei quod superest debent addi tres et quot fuerint illi anni qui superant a quindenis cum tribus additis tanta erit indictio. Ut in hoc exemplo ponamus enim quod anni domini sint sexaginta unus diuide .lxi. per quindenas superest unus illi unum adde tres faciunt quattuor. et ita erit quarta indictio. Sed si nichil a quindenis superest nichilominus adde tres et erit indictio tertia. Sed si ab omnibus quindenis superant .xiii. anni. adde illis .xiii. tres faciunt .xvi. de illis .xvi. trahe unam quindenam superest unus. et ita erit prima indictio. Unde uersus. Si tribus adiunctis domini diuiseris annos. Per ter quinque solet indictio certa manere.

